UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Liber Sextus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library



IOhannes preſbyter ⁊ martyꝛ rome ſub iuliano ceſare apoſtata paſſus eſt. Quem cū impius imperatoꝛ xp̄m publice predicātem fama referēte cōperiſſet ip̄m teneri: et inauditū in via ſalariam veterēq; adduci precepit: vbi ſi non adoꝛaret ſimulachꝛum ſolis ante ip̄m idolū decollari mandauit. Qui illud tractus cū adoꝛare cōtemneret iuxta ſententiā principis capite ceſus eſt. kalendas iunij. vt in martylogio adonis habet.

¶ De ſancto Felice p̄ſbytero ⁊ mar. Cap̄. cxlv.



Elix preſbyter a martyꝛ in tuſcia ciuitate vernia ſub turtio preſide paſſus eſt tēpoꝛe valeriani. Qui cum xp̄m confiteret ⁊ idoloꝛum abominā da ſacrificia execraret: necnon xp̄ianos docens ad martyꝛium ſingulos hoꝛtaretur. Turtius a valeriano imperatoꝛe ad ip̄am ciuitatem miſſus tenuit felicē preſbyterū. Cuius os iam diu lapidib⁹ cōtondi fecit: donec ſpiritū emitteret. Cuius coꝛpus hyꝛeneus diaconus iuxta muros ciuitatis ſutrij ſepeliuit. ix. kalen. iulij.

¶ Explicit liber quintus.

## Incipit ꝓlogus ſexti libri.

SExt⁹ liber huius catalogi cum alijs quattuoꝛ ſequentibus vſq; ad vndecimū excluſiue: continet geſta et paſſiones ſanctoꝛū quoꝛū feſtiuitates eueniūt: infra tp̄s in quo repꝛeſentat eccleſia ex ip̄ius diuine ſponſe ⁊ verbi dei cōiugio filioꝛū multiplicationē ⁊ pꝛopagationē: qđ tp̄s fuit a pꝛime eccleſie fundatione facta per apoſtolos ⁊ durauit vſq; ad finē ſeculi. Hoc aūt tp̄us eccleſia repꝛeſentat ab octaua coꝛpis xp̄i que plerumq; cōtingit circa feſtū natiuitatis ſancti iohannis baptiſte vſq; ad aduentū dn̄i. Hoꝛū aūt filioꝛū quidā fuerūt ip̄ius eccleſie fundatoꝛes vt apoſtoli: quidam edificatoꝛes: vt doctoꝛes: quidā conſeruatoꝛes: vt confeſſoꝛes: quidā defenſoꝛes vt martyꝛes: quidam augmentatoꝛes: vt virgines: idcirco tēpus ip̄ſum in quinq; partes: ⁊ per cōſequens in. v. libros diuiſum eſt. ¶ Nam in hoc. vi. libꝛo myſtice figurātur filij eccleſie fundatoꝛes: ſcꝫ apoſtoli a natiuitate videlicꝫ iohānis baptiſte vſq; ad kalen. auguſti. Et hoc ſub figura regū iſrael ⁊ iuda: quoꝝ libꝛi tunc legunt: ꝑ quos apoſtoli deſignant: ꝙ pꝛincipes populoꝝ facti ⁊ a deo pꝛincipes ſuꝑ oēm terrā ꝯſtituti: cū xp̄o quoq; in. xij. ſedib⁹ in die iudicij cōſeſſuri eidē regi regū cōregnare credunt. Nā ⁊ mattheus euāgeliſta in generatiōe xp̄i. xvi. reges enumerat a dauid vſq; ad iechoniā: a quibus xp̄s eſt ꝑ carnē ꝓpagatus: ſignificātes. xij. apoſtolos: quoꝝ duo euangeliſte fuerunt: ⁊ alios duos euāgeliſtas necnō paulum ⁊ barnabā doctoꝛes gentiū: a quibus dei filius ꝑ euangeliū quo ad mūdi noticiā quodammodo eſt regeneratus. ¶ In ſeptimo libꝛo figurātur eccleſie cōſtructoꝛes: ſcilꝫ doctoꝛes a kalē. auguſti vſq; ad kalen. ſeptēbꝛis ſub figura ſapiētiſſimi ſalomonis: cuius tunc libꝛi legunt: cuiuſq; vices in eccl'ia gerūt doctoꝛes ſc̄ti diuina ſapiētia repleti: et quib⁹ tā in grecoꝝ ꝙ latinoꝝ eccl'ia q̄ttuoꝛ ꝑncipalioꝛes exiſtūt: ꝑ q̄ttuoꝛ libꝛos ſapiētie deſignati. ¶ In octauo libꝛo figurant eccl'ie cōſeruatoꝛes: videlꝫ confeſſoꝛes ꝑ totū mēſem ſeptēbꝛis. Et hoc ſub figura ſanctoꝝ Job: Tobie: Judith ⁊ Heſter: quoꝝ geſta tūc recolunt: cōfeſſionē ⁊ patientiā confeſſoꝛū denotātia: ꝙ in tribulatione poſiti mūdū carnē ⁊ diabolū triūpharūt. ¶ In nono libꝛo figurātur eccl'ie defenſoꝛes. i. martyꝛes ꝑ totū mēſem octobꝛis: ſub typo ſc̄toꝝ machabeoꝝ: quoꝝ tūc libꝛi ponunt: ꝙ vti ſc̄ti martyꝛes ꝓ fide ſic ⁊ illi ꝓ dei lege vſq; ad effuſionē ſanguinis viriliter decertarūt. ¶ In decimo libꝛo figurant eccl'ie augmētatoꝛes: ſcꝫ ꝟgines ꝑ totū mēſem nouēbꝛis vſq; ad aduētū: ⁊ hoc ſub figura ꝓphetarū quoꝝ tunc vaticinia recolunt: ꝙ vt plurimi ſpꝛeto carnali cōiugio mētis et coꝛpis integritate dn̄o ſeruiētes aduentū xp̄i ⁊ futura tp̄a ꝑ ſpm̄ pꝛedixerūt. ¶ Hic ergo ſextus liber cōtinet geſta ſanctoꝝ illoꝝ: quoꝝ feſta occurrūt infra tp̄s in quo rep̄ſentant eccl'ie fundatoꝛes: ꝙ fuerunt apoſtoli: qui eccl'iam ip̄am nedū ꝑncipali verbi dei pꝛedicatione: ſed etiā ſui ſanguinis effuſione fundarūt: quod tēpus eccleſia rep̄ſentat ab octaua coꝛpoꝛis xp̄i ſiue a natiuitatis feſto ſancti iohannis baptiſte vſq; ad kalen. auguſti. Et hi vt dictum eſt ſub figura regū iſrael: quoꝛum tunc libꝛi legunt. Ad huius ergo tēpoꝛis feſta pertractanda veniendū eſt. ¶ Et quia hoc tempoꝛe libꝛi regum legūtur: merito feſtis ſanctoꝛum tempoꝛis geſta illoꝛū ſanctoꝛū regum pꝛemittētur: quoꝛū dies obitus certi nullo loco reperiunt: videlꝫ ezechie ⁊ ioſie. Soli enī hi duo cum tertio dauid pꝛopheta ſancto ex omnibus regibus iſrael. Eccleſiaſtici. xlviij. ⁊. xlix. inter patres ſanctos illius tempoꝛis ſancti nominātur. Sed de dauid ſuo certo die feſto ſuo loco tractatū fuit: videlꝫ. iiij. kalen. ianuarij. Ideo de ezechia et ioſia dicendum eſt.

# Incipit liber ſextus a natiuitate ſancti Johannis baptiſte vſqꝫ ad kalendas auguſti.

¶De ſancto Ezechia rege. Cap̄.i.

EZechias rex iuda fili
us achaz: cum eſſet annorum.xv.pa⸗
tre defuncto in regno ſucceſſit: ⁊ re⸗
gnauit in hieruſalē annis.xxix. No⸗
men matris eius abiez de hieruſalē
filia zacharie poſthumi zacharie ſa⸗
cerdotis a ioa rege lapidati. Hic pri
mo anno ⁊ p̄io mēſe regni ſui cōuo
catis ſacerdotibꝰ et leuitis aperuit
templum dn̄i: quod pater rex achaz
ob fauorem regis aſſyriorum clauſe
rat: ⁊ vaſa dei reparauit: ac reſtituit ſacrificia intermiſſa: ipſe etiā
conſilio ſacerdotum fecit paſcha ſecundo menſe: qꝛ non potuit po⸗
pulus primo menſe conuenire in hieruſalē: nec ſacerdotes purifi⸗
cati erant. Tantaqꝫ fuit multitudo: ꝙ multi non purificati come⸗
derunt paſcha: ⁊ tanta fuit copia victimarū ꝙ in multis leuite ſup
pleuerunt officium ſacerdotum. Diſſipauit etiam rex ezechias ex⸗
celſa: ſtatuas cōtriuit: ⁊ lucos ſuccidit: ⁊ confregit ſerpētem eneū
quem fecit moyſes: cui vſqꝫ tēpus illud offerebant incenſum filij
iſrael. Receſſit quoqꝫ a rege aſſyriorum: ne ſeruiret ei: percuſſitqꝫ
philiſteos vſqꝫ gazam: ⁊ omnes terminos eoꝝ tam predia ꝙ ciuita
tes. Anno aūt.xiiij. regni eius aſcendit ſennacherib rex aſſyriorum
in terrā iuda: ⁊ cepit ciuitates munitas: ⁊ miſit rabſacē ad obſiden
dum hieruſalē: ⁊ caſtrametatus eſt cū exercitu innumerabili iuxta
aqueductū piſciue ſuperioris: ⁊ abſtulerūt ciuibꝰ aquā exterioris
piſcine. Et cumvocaſſet regem ad colloquiū: noluit exire: ſed miſit
ad eum eliachim pontificem: ⁊ ſobnā ſcribam: ⁊ ioachim a commē
tarijs: ⁊ loquebat̃ ad eos rabſaces hebraice in viribus ppl'i verba
cōminatoria multa. Poſt hec venit ſennacherib perſonaliter ad ob
ſidionem hieruſalē. Miſit etiā ſennacherib litteras terribiles ⁊ cō
minatione plenas ad ezechiam dicēs ꝙ deus iſrael non poſſet libe
rare eum de manu ſua. Cumqꝫ oraſſet rex in templo domini miſit ad
illum eſaias ꝓpheta hortans vt in dn̄o confideret: eo ꝙ deus iſrael
ſaluare decreuiſſet hieruſalem de manu aſſyrioꝝ. Et ecce nocte ſe⸗
quēti angelus domini percuſſit in caſtris aſſyrioꝝ.clxxxv.milia: ca
put etiā ⁊ barbam regis raſit in ignominiā. Quo perterritꝰ ſenna⸗
cherib cū decem viris tm̄ fugit: ⁊ redijt in niniuē. Indeqꝫ occiſus
eſt a filijs ſuis in tēplo dei ſui. Ezechias aūt ꝓpter hāc victoriā ela
tus gratias deo ſicut debuit nō egit: vnde ⁊ morbo percuſſus a do











mino vſ꜌ ad mortē egrotauit. Cūq꜌ humiliatus fleuiſſet: eo ꝙ heredem nō haberet confortatus a domino per iſaiam prophetā. xv. annoꝝ vite ſpatium accepit: in cuius ſignū iuxta qḋ ezechias petijt ſol per. x. lineas quas tantū deſcenderat ad orientē regreſſus perficiēdo curſum iteratum diē tm̄ augmentauit: ita ꝙ dies illa que. x. horis iam elapſis ad occaſum vergebat. x. horis prolongata. xxij. horarum extitit. Tunc de conſilio iſaie cataplaſmatum eſt vlcus apoſtematis regis de maſſa ficuum: ꝛ ſanatus repēte die. iij. in templo dn̄o gratias egit: et cāticum Ego dixi. decantauit. ¶ In tempore illo miſit merodach rex babylonis per nuncios litteras ꝛ munera ad ezechiā. Nā chaldei qui vigebāt in aſtronomia nō valētes inuenire cām: quare dies pene in duplū ꝓtenſa fuerat: cū audiſſent ꝙ pro rege iuda ſignū factū fuiſſet: miſerūt ad eū: vt ſciſcitaret̄ rei veritatē: preterea qꝛ ſolē adorabant voluerūt honorare hominem: quē deus ipſorum honorauerat. Quare elatus ezechias oſtēdit eis: oīa que erāt in tēplo dn̄i ꝛ in omni poteſtate ſua. Sed qꝛ hec oſtendere gentilibus nephas erat: ab iſaia ꝓpheta redargutus eſt ꝓpheta̅te ei tranſlationē oſtenſorū vaſorū propter hoc in babylonē fiendā. Et dormiuit ezechias cū patribus ſuis ꝛ ſepultus eſt in ſepulchro patrū ſuorū in hieruſalem. Hec ex iiij. libro reg. ꝛ. ij. paralipomenon: ꝛ ex dictis ioſephi atq꜌ ex hyſtoria ſcholaſtica.

¶ De ſancto Ioſia rege. Cap. ij.



IOſias rex iuda filius amon cum eſſet annorū viij. patri in regno ſucceſſit a populo exaltatus: ꝛ. xxxij. annis regnauit: ꝛ ambulauit per oēs vias dauid patris ſui: non declinās ad dexterā neq꜌ ad ſiniſtrā. Anno autem. iiij. regni ſui ꝛ etatis ſue. xij. pietatē in ſe ꝛ iuſticiā mirabiliter demonſtrauit. Nam populū ab idolatria reuocauit: ꝛ opera praua velut ſenior emendauit. Omnē regni ſui ciuitatem ꝛ prouinciam a cultu idolorum purgauit: ita vt nullū idolatrie veſtigiū ſupereſſet. Scrutabatur etiā domos ne quid latenter remaneret ſuſpectū: ꝛ in vnaquaq꜌ cauſa iuſticiā coluit tanꝙ aīe ſue medicinam. Miſit quoq꜌ in totam regni ſui prouinciam: vt deferrent ad reparationē templi munera vnuſquiſq꜌ pro ſua volūtate: ꝛ facta eſt reparatio templi. Hoc tempore helchias pōtifex aperiens arcā domini: inuenit librum deuteronomij ibidem a moyſe repoſitum: qui multo latuerat tempore: quē cum ſibi miſſum ioſias legiſſet: audiēs maledictiones ſcriptas in trāſgreſſores legis: ꝛ metuens valde imminere captiuitatē diebus ſuis: audiuit reſponſum a domino per oldā prophetiſſam: ꝙ mala illa deferri debuerant: nec fieri in diebus ſuis. His auditis rex miſit in omnē prouinciā ꝛ congregauit omnē populū iudeorū in hieruſalem: ꝛ fecit legi cunctis audientibus verba legis et cōpulit oēs ſacramēta preſtare vt legē dn̄i per oīa cuſtodirent. In hieruſalē quoq꜌ faſe ſolēniſſimū celebrauit: ꝛ ad ipm̄ omnē populū cōgregauit. Anno autē vltimo vite ioſie nechao rex egypti aggreſſus adremon regem aſſyriorum voluit tranſitum facere per iudeam: ſed ioſias eidem tranſitū denegauit: ꝛ cū rege adremon cui cōfederat⁹ erat: regi egypti occurrit: initoq꜌ certamine cū forte ioſias tranſiret ad curru in currū qui ſequebat̄ eū more regio: occiſus ē a ſagittarijs in cāpo maggedō. Planxit eū incōſolabiliter adremon cū omni exercitu ſuo. Traditur etiā: ꝙ fons ꝛ arbor qui iuxta locū erant: vbi ioſias interfect⁹ eſt: aruerūt: ꝛ planxit eū omnis iſrael ꝛ iuda corpuſq꜌ eius euectū in hieruſalē ſepelierūt cum patribus ſuis. hec vt ſupra.

¶ De natiuitate ſcti Iohānis baptiſte. Ca. iij.



NAtiuitas ſcti iohannis baptiſte ab eccleſia celebrat̄. viij. kalen. iulij: quo tēpore dies incipiūt decreſcere: vt ex hoc prefiguretur: qḋ ait iohannes. illum oportet creſcere: me aūt minui. Hoc aūt ſignificatū ē: vt dicit auguſtinus in xp̄i ꝛ iohānis ortibus et in eorū mortibus. In eorū ortibus: qꝛ in natiuitate xp̄i dies incipiunt creſcere: ꝛ in natiuitate iohannis decreſcere. In eorū mortibus: quia corpus xp̄i in cruce eſt exaltatū: corpus iohannis capite diminutū. Hec aūt natiuitas ab angelo hoc modo prenūciata fuit. Dauid enī rex: vt in hyſto. ſcho. dicit̄. xxiiij. ſummos ſacerdotes cōſtituit: quorū tamen vnus maior erat qui ſummus ſacerdos dicebatur. Statuit autem xvi. de eleazar: et. viij. de ithamar: et ſm̄ ſortem dedit vnicuiq꜌ hebdomadā vicis ſue. Abias autē. viij. hebdomadā habuit de cuius genere zacharias fuit. Erāt autem ipe ꝛ heliſabeth vxor eius ſenes abſq꜌ liberis. Cum ergo zacharias in ordine vicis ſue tēplū dn̄i vt incenſum poneret ingreſſus eſſet: ꝛ multitudo populi foris expectaret: apparuit ei gabriel angel⁹. Et cum in eius viſione turbaretur ipm̄ cōfortauit: annunciauitq꜌ illi ſe filium habiturū qui iohānes vocaretur: et ſanctus ex vtero matris exiſtens ante dominū in ſpiritu ꝛ virtute helie precederet. Et vocatur Iohannes helias. Ratione ſitus quia ambo in deſerto. Ratione victus qꝛ ambo in victu parci. Ratione cultus qꝛ ambo veſtitu inculti. Ratione officij: qꝛ ambo pre

curſores: ſed helias precurſor iudicis iſte ſal-
uatoris. Ratiõe zeli: qꝛ vtriuſqꝫ verbũ quaſi fa-
cula ardebat: zacharias autẽ conſiderans ſui ſe
nectutẽ ⁊ vxoris ſterilitatẽ ac promiſſi magni-
tudinẽ dubitare cepit ⁊ more iudeorũ ab ange
lo ſignũ queſiuit: qui ipm̃ ꝓpter incredulitatẽ
plaga taciturnitatis percuſſit. Et hoc factũ eſt
quadruplici ratiõe. Primo ſm̃ bedã: qm̃ diſcre
dendo locutus eſt: ideo ſilentio plectit: vt tacẽ
do credere diſcat. Secũdo vt maius miraculũ
in natiuitate filij appareret. Cũ enĩ nato puero
patri loquela reddit miraculũ miraculo tumu-
latur. Tertio qm̃ vox naſcebat ⁊ legi ſilẽtiũ im
ponebat: ideo congruũ fuit vt vocẽ pater amit
teret. Quarto qm̃ ipſe a dño ſignũ petijt ⁊ ipſam
taciturnitatẽ in ſignũ accepit. Cum autẽ zacha
rias ad populũ exiſſet: ⁊ eum mutũ effectũ vi-
derent cognouerũt ipſo innuente ꝙ viſionẽ vi-
diſſet. Cõpleta ꝟo ſeptimana officij ſui abijt in
domũ ſuã ⁊ cõcepit helizabeth ⁊ ſe. v. menſibꝰ
occultauit: qꝛ ſm̃ ambro. partꝰ ſui erubeſcebat
etatẽ: ne in ſenectute vacaſſe libidini videret:
⁊ tamẽ gaudebat ſterilitatis carere opprobrio:
qꝛ opprobrium erat mulieribus nõ habere pre
miũ nuptiarũ propter quod nuptie celebrant.
Menſe aũt. vi. maria que dñm iam cõceperat:
virgo fecũda cognate cõgaudens: venit ad he-
lizabeth. Et cũ eã ſalutaſſet beatus iohãnes iã
ſpũſancto repletus ſenſit dei filiũ ad ſe venire:
⁊ pre gaudio in vtero matris exultauit: ⁊ motu
ſalutauit quẽ voce nõ potuit. Beata aũt virgo
apd̃ cognatã tribꝰ menſibꝰ mãſit: natũqꝫ puerũ
iohannẽ de terra leuauit: ⁊ quaſi morem gerule
officioſiſſime pegit. ¶ Et notandũ ſm̃ ambro.
ꝙ laus iohannis baptiſte in. vi. cõprehendit. ſ.
ex parẽtibus: miraculis: moribꝰ: munere: ⁊ pre
dicatione: atqꝫ ortus ſolẽnitate. Laus autẽ pa-
rentũ ſm̃ ambro. ex. v. manifeſtatur: ait enĩ ſic.
Plena laudatio quã genus in moribus: mores
in equitate: officiũ in ſacerdotio: factũ in man-
datis: iudiciũ in iuſtificationibꝰ cõprehendit.
¶ Scd̃o laus eiꝰ apparet ex miraculis. Quoꝝ
quedã fuerũt ante eius cõceptionẽ in vtero. ſ.
angelica nũciatio: noĩs impoſitio: ⁊ loquele pa
tris amiſſio. Quedã quãtũ ad eius cõceptionẽ
in vtero. ſ. ꝓter naturalis cõceptio: eius in vte-
ro ſanctificatio: ⁊ ꝓphetalis doni repletio. De
his plenius dicet in cõceptione ſancti iohãnis
baptiſte. viij. id. octobris. Quedã q̃tum ad eiꝰ
natiuitatẽ ex vtero. ſ. vtriuſqꝫ parẽtis ſpũs ꝓ-
phetalis adeptio. Nam ⁊ mater nomẽ ſciuit qd̃
nõ didicerat a marito: ⁊ pater canticum edidit
edoctꝰ a ſpũſancto. Loquele patris reſeratio:
qꝛ mox vt filij nomẽ ſcripſit: apertũ eſt ilico os
eius ⁊ lingua eiꝰ ⁊c. Et ſpũſſancti repletio: qꝛ
zacharias pater eius repletꝰ eſt ſpũſancto. Am
broſius. Reſpice iohannẽ q̃tus eſt in eius vo
cabulo. Cuiꝰ nũcupatio redit muto vocẽ: patri
pietatẽ: populo ſacerdotẽ ⁊c. Tertio ex moribꝰ
qꝛ ſanctiſſime vite fuit. Cuius quidẽ ſanctitas
colligit ex. x. noĩbus quibus nuncupat. Nomi-
nat enĩ iohãnes: ꝓpheta: amicus ſponſi: lucer-
na: angelus: vox: helias: baptiſta ſaluatoris: ꝑ-
co iudicis: ⁊ ꝑcurſor regis. In iohãne deſigna
tur prerogatiua perfectionis: qꝛ iohannes dñi
gratia interpretat. In ꝓpheta prerogatiua co
gnitiõis. In amico ſponſi ꝑrogatiua dilectiõis
In lucerna ardẽte ꝑrogatiua ſcitatis. In an-
gelo ꝑrogatiua ꝟginitatis. In voce ꝑrogatiua
feruoris. In baptiſta ꝑrogatiua mirabilis ho-
noris. In ꝑcone ꝑrogatiua ꝑdicatiõis. In pre
curſore prerogatiua ꝑparatiõis. Vñ merito eiꝰ
ſctitas habet teſtimoniũ: a ſupceleſtibꝰ: a cele
ſtibus: et a ſubceleſtibus. A ſupceleſtibꝰ. i. ab
ipſa trinitate. Et prio a patre qꝛ vocat eũ ange-
lũ. Mal. iij. Ecce ego mitto ãgelũ meũ ⁊c. Nã ⁊
officiũ angeloꝝ exercuit dñm nũciando: dicẽs.
Ecce agnꝰ dei ⁊c. Scd̃o a filio: ſicut patet mat
thei. x. vbi xp̃s eũ cõmendat dicens. Inter na-
tos mulieꝝ nõ ſurrexit maior iohãne baptiſta.
Tertio a ſpirituſctõ: cuꝫ ꝑ hos patris ſui dixit
Luc. i. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis ⁊c.
Itẽ hꝫ teſtimoniũ a celeſtibꝰ: id ẽ angelis: ſicut
luc. i. vbi eũ angelꝰ multipliciter cõmẽdat oſtẽ
dens: quãte ſit dignitatis quoad deum: qꝛ erit
enĩ magnus corã dño: quante ſanctitatis quo-
ad ſeipm̃: qꝛ vinũ ⁊ ſicerã nõ bibet ⁊ ſpũſancto
replebit ⁊c. quante vtilitatis quoad ꝓximũ: qꝛ
multos filioꝝ iſrael cõuertet ⁊c. Itẽ a ſubcele
ſtibus. i. ab hoĩbus: ſicut a patre ſuo ⁊ vicinis q̃
dicebant: quis putas puer iſte erit? ¶ Quarto
laus eiꝰ cõprehendit ex munere. habuit enĩ mu
nus in vteri ingreſſu: in vteri egreſſu: in mũdi
ꝓgreſſu: ⁊ in mũdi diſceſſu. In vteri ingreſſu:
habuit triplex mirabile munus gratie. Primo
qua ſanctificatꝰ fuit: hiere. i. Anteq̃ exires de
ventre ſanctificaui te. ¶ Scd̃o qua ꝓphetare
meruit. Nã in vtero matris exultãs deũ adeſſe
cognouit: vñ dicit chryſoſtomꝰ ꝙ vbi beata vir-
go heliſabeth ſalutauit: ſermo ꝓcedẽs de vtero
in quo habitabat dñs: et per aures heliſabeth
ingreſſus ad iohannẽ deſcẽdit: ⁊ ipm̃ in ꝓphe-
tã inunxit. Tertio qua ſuis meritis matri pro-
pheticũ ſpiritũ obtinuit. Naꝫ ſm̃ chryſoſtomũ.
os illius in verbo cõfeſſiõis aperuit: vt cuiꝰ nõ
viderat perſonã: cognoſceret dignitatẽ dicẽs.
vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me.
¶ In vteri egreſſu habuit triplex munus. Qm̃
ortus fuit miraculoſus. ſanctus: et iocundus.
Qꝛ miraculoſus: excludit defectus impotẽtie.
Qꝛ ſctũs: reatꝰ culpe. Qꝛ iocũdus: lamentũ mi
ſerie. ¶ In mundi progreſſu: habuit ſimiliter
multiplex munus. Qm̃ habuit perfectionẽ om
nium ſanctorum. Nam propheta fuit quando
dixit: qui poſt me venturus eſt ⁊c. Pluſq̃ pro-
pheta: qm̃ ipſum digito demonſtrauit. Apo-
ſtolus: quia a deo fuit miſſus. Nam grece apo-
ſtoli latine dicuntur miſſi: vnde fuit homo miſ-

ſus a deo ꝛc. Martyꝛ: quia pro iuſticia moꝛtem ſuſtinuit. Cōfeſſoꝛ: quia cōfeſſus eſt ꝛ nō negauit. Virgo: qnia puritatē angelicam habuit: vñ ꝛ angelus appellaꝝ: vt dictū eſt. ¶ In mūdi vo receſſu habuit triplex munus. Quia efficitur martyꝛ inuictus: tunc eñ palmā martyrij adeptus eſt. Dirigiꝝ nūcius precioſus. Nā his qui erant in limbo nūcium attulit de redemptione ipſoꝝ. Et coliꝝ eius exitus glorioſus: eius eñ exitus ſolus ex oībus qui ad inferos deſcenderunt: ab eccleſia ſpecialiter celebraꝝ. ¶ Quinto ex predicatione. Ipſe nanqꝫ predicauit primo feruēter: cū dixit. genimina viperarum ꝛc. Hic aūt feruoꝛ fuit inflāmatus charitate: quia erat lucerna ardens. Hiere. i. Poſuit os meū vt gladium acutum. Informatus veritate: quia erat lucerna lucens. Ioh. iij. Vos miſiſtis ad iohannem: ꝛ ille teſtimoniū perhibuit veritatis. Directus diſcretione ꝛ ſciētia: vnde turbis ꝛ publicanis ꝛ militibus ſm quoꝝcūqꝫ exigentiam propriā legem dedit. Firmus conſtantia: vnde tantū conſtanter predicauit: ꝙ ex hoc vitā amiſit. Secūdo predicauit prudēter. Cuius prudētia in tribus conſiſtit. Primo: quia vſus eſt cōminationibus: vt malos terreret dicens. Iam eñ ſecuris ad radicem arboꝛis poſita eſt. Secundo ꝓmiſſionibus: vt bonos alliceret dicēs. penitentiā agite: appropinquabit eñ regnū celoꝝ. Tertio moderationib⁹: vt mediocres paulatim ad perfectionē attraheret: vnde turbis ꝛ publicanis ꝛ militib⁹ leuia imponebat: vt poſtmodū maioꝛa proueheret. Turbis: vt operibus miſeꝛicoꝛdie inſiſterēt. Publicanis vt ſe ab alienoꝝ appetitu abſtinerēt. Militibus: vt neminē offenderēt: ꝛ ſuis ſtipendijs cōtenti eſſent. Tertio predicauit efficaciter: quoniā eius predicatione multi conuerſi ſunt. Predicauit eniꝫ verbo per aſſiduitateꝫ doctrine: ꝛ exemplo per ſanctitatē vite. ¶ Sexto laus eius recolitur ex oꝛtus dignitate: quia preter xp̄m nullius hoīs natiuitas ab eccleſia celebraꝝ: niſi ſola beati iohannis baptiſte. Celebraꝝ autē eius oꝛtus ſm magiſtrū guilelmū antiſiodoꝛeñ. triplici rōne. Primo rōne ſanctificationis in vtero. Secūdo rōne dignitatis in officio. Ipſe eñ tanꝙ lucifer venit: ꝛ nobis oꝛiētis ſolis gaudiū primus nūciauit. Tertio rōne iocunditatis in oꝛtu ſuo. Nam angelus predixerat: ꝛ multi in natiuitate eius gaudebūt. Et ideo nos merito gaudere: ꝛ oꝛtum eius colere debemus. ¶ Et notandū ꝙ iohannes euāgeliſta hac die migrauit ad dñm. Sed eccleſia feſtū eius in tertiū diē natiuitatꝫ chriſti celebrandū inſtituit: nō quia euāgeliſta baptiſte ceſſerit vti minoꝛ maioꝛi: ſed quia tūc eius eccleſia dedicata fuit: ꝛ quia ip̄m feſtū tūc congruētius celebrandū viſuꝫ extiterit: vt xp̄s natus a ꝓthomartyꝛe ꝛ apoſtolo ꝛ innocentib⁹ ſociaretur: ꝛ iohannis natiuitas in ſuo die deuotius coleretur.

¶ De ſanctis Luceia virgine et Anceia martyꝛibus. Cap. iiij.



Vceia virgo et anceias eius dn̄s tempoꝛalis rome martyriū paſſi ſunt tempoꝛibus diocletiani. Hec romana origine ab āceia barbaroꝝ rege capta et in patriā ſuā adducta eſt. Quā dux barbar⁹ violare vellet. audiēs ab ea ꝙ deū celi haberet ſponſum eius deſi oꝛationis virtutē: extimuit: ꝛ reuerenter ipſam tractans: in ſolitaria domo repoſuit: ancillis alijs ei ad miniſteriū deputatis: q̄ die noctuqꝫ ieiunijs ꝛ oꝛationib⁹ intenta erat. Cuius etiā precibus idem rex pluries de ſuis hoſtibus triumphauit: vnde ꝛ eius ſanctitatis exemplo ad chriſtū cōuerſus virginem manumiſit. Dū autē illa repatriare vellet: reuelatiōe diuina ꝑmonita: anceias dei ꝓuidentia deſerto regno virginē vſqꝫ romā ſecutus eſt: vbi ambo ipſi ꝓ noīs chriſti cōfeſſione detēti gladio martyrium impleuerunt. viij. kalen. iulij.

¶ De inuentione coꝛpoꝛis ſancti Marci euangeliſta. Cap. v.



Inuētio coꝛpoꝛis ſcti marci facta fuit ī ciuitate venetiarū tēpoꝛe oꝛdelaphi faletri ducis venetoꝝ. Cum enim ſacrū coꝛpus beati euāgeliſte ab alexādria venetias tranſlatum: ꝛ in baſilica eius nomini cōſtructa depoſitū eſſet: vt dictum eſt ſupra ꝓdie. kalen. februarij contigit: vt poſt multoꝝ decurſus tempoꝛuꝫ: vbi ſanctū coꝛpus quieſceret: innouatis etatibus neſciretꝝ. Et cū poſt diligentē inquiſitionem: nemo tūc viuēs huius rei cōſcius inueniretur: toti vꝛbi venetiarū ieiuniū triduanum indiciꝝ. Quartoqꝫ die vniuerſus clerus et populus ad eius eccleſiā cōgregan̄ꝝ: in q̄ letanijs perfectis ꝓceſſione diſpoſita: oꝛationibus ꝛ lachrymis ꝓfuſis: dei miſeꝛicoꝛdia imploꝛatur: vt ei ſanctū coꝛpus reuelare digneꝝ. Tunc ſciſſis marmoꝛib⁹ colūne circūpoſitis: arca q̄ inferius claudebaꝝ: coꝛpus quoqꝫ concludens erupit: ꝛ conſpectu omniū per ſeipam mirabiliter exiliuit: ſicqꝫ beati marci coꝛpus cunctis innotuit: quod a duce ꝛ clero ꝛ populo cum gaudio reuiſum: ꝛ inde leuatum: ac honoꝛifice condecenti tumulo in alio loco in ipſa eccleſia locatum eſt. Ad cuius tumbam miracula diuinitus creberrime fiunt: vbi et infirmi curantur: et demones effugantur. Facta eſt aūt inuentio ſiue oſtenſio huius coꝛpoꝛis. vij. kalen. iulij.

¶ De ſancto Soſipatre diſcipulo: Cap. vi.

Soſipater diſcipulꝰ beati pauli apoſtoli fuit: ⁊ vt abbas dorotheus ſcribit epiſcopꝰ iconij: atq; vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis chriſti. Sed origenes ipm̄ theſſalonicen̄. eccleſie epiſcopū fuiſſe ponit traditione maiorū. Qui beato paulo apoſtolo multo tempore adherens: demum ab eodem pontifex conſtitutus: officium predicationis fideliter adimpleuit: et apud beroam obdormiuit. vij. kalen. iulij.

¶ De ſancto Proſpero epiſcopo ⁊ confeſſore. Cap. vij.



Proſper epiſcopus aquitanicꝰ oppido lemouicen̄. oriūdus fuit. Qui iā clericus exiſtens oībus ꝓ chriſto paupibꝰ erogatis de ciuitate ſua egreſſus ꝑegrinationis grā romā adijt: ⁊ leoni primo pape diu dum adheſit. Et cum eodē pariter multas epiſtolas ad diuerſas eccleſias conſcripſit: in quibus errores eutycetis ⁊ neſtorij tūc maxime pullulātes mirabiliter confutauit. Fuit em̄ omniū liberaliū artiū dogmate peritus: et tā diuine q̄ humane philoſophie ſtudio plenius imbutus. Peregrinationē autem ſua peracta dū repatriare vellet: leo papa per viſuz diuinitus admonetur: vt proſperum in rhegynū epiſcopuz ordinare debeat ſucceſſuruz ipſius vrbis preſuli: poſt dies modicos morituro. Quod dū ꝓſper didiciſſet: diutiuſq; paſtoralē curā recuſaret: tandē ſummo pontifici humiliter obediuit: ipm̄q; leo papa in epiſcopum conſecrauit: ⁊ rhegynen̄. eccleſie deſtinauit. Et dum ſanctus eidē ciuitati iam ꝓximus eēt: epiſcopus qui tūc erat humanis exemptus eſt. Cū aūt populus ꝓ eligendo epō ſolicitaret̄: preſbytero cuidā ſeniori ⁊ ſanctiſſimo omnia que rome geſta fuerāt diuinitꝰ reuelant̄: ⁊ quia iam proſper ſibi a deo eſſet datus: ⁊ a leone pōtifice cōſecratus. Quā viſionē cum clerus ⁊ populus didiciſſent: leti oēs ſancto epiſcopo vnanimiter occurrūt: ⁊ in paſtorē ſuuz gratanter ſuſcipiūt. Qui gregem dominicum verbo ⁊ exemplo ſolicite pauit: ⁊ in ſanctitate vite perfectus in pace quieuit. vij. kalē. iulij: anno domini. cccclxv. tempore hilarij pape: et martiani imꝑatoris. Sepultuſq; fuit in baſilica ſancti apollinaris: quā iuxta eādem vrbem conſtruxerat: vbi ⁊ quieuit vſq; ad tēpus iohānis pape. vi. qui ſedere cepit āno dn̄i. cccccccl. regnante aliprādo chriſtiano rege lōgobardorꝫ. Quo tēpore thomas rhegynus epiſcopus ab ipſo ſancto per viſum admonitus eccleſiam ingentē ſibi intra ciuitatē edificauit: ⁊ corpus ipſius ſuauiſſimo fragrans odore illuc tranſtulit. viij. kalē. decembris: vbi ⁊ ad preſens iacet miraculis prepollēs. ¶ Hic ſanctus vir ſermone ſcholaſticus ⁊ aſſertione veridicus multa opuſcula condidit: noſtre fidei veritatē redolētia. Nam chronicā beati hieronymi a tēpore valentis imperatoris vſq; ad finē tēporꝫ ſecūdi theodoſij proſecutus eſt. Chronicā etiā a cōditiōe primi hominis iuxta diuinarū ſcripturarum fidem vſq; ad mortē valentiani auguſti: ⁊ captā a gerſerico vrbem compoſuiſſe fertur. Librum aduerſus opuſcula caſſiani ſupreſſo nomine cudit. Epiſtole leonis pape aduerſum eutycetem de natura chriſti ⁊ incarnatione ab hoc notate credunt̄. Librūz epigrammatū ex dictis auguſtini partim proſa partiz metro exarauit. Ad iulianum volumen de vita contemplatiua in tres libros digeſſit. Et alia plura compilauit.

¶ De ſancto Gallicano martyre. Cap. viij.



Gallicanus martyr: apud alexādriam tēpore iuliani apoſtate paſſus ē. Hic em̄ ſub conſtantino magno imperatore romani exercitus dux fuit. Cum aūt gens ſcytharuz daciā ⁊ thraciā occuparent: ⁊ gallicanus dux gētilis contra gentem predictā mitti deberet: conſtantiā conſtantini filiam ſibi pro mercede laboris in vxorem petebat: quod etiā romani principes plurimū fieri poſtulabāt. Pater autē plurimū triſtabatur ſciēs filiā ſuā a beata agnete ſanatā: vt dictum eſt ſupra in eius legēda. v. kalen. februarij. in virginitatis propoſito poſitam facilius occidi poſſe q̄ ad cōſenſum inclinari: virgo tamen de domino confidens patri ſuaſit: vt eam ſibi ſpondeat cum victor redibit: verūtamē duas filias ſuas atticam ⁊ artemiā quas ex cōiuge defuncta ſuſceperat ipſe gallicanꝰ ſecū manere permitteret: vt per eas mores ⁊ votum patris ſcire poſſet: ⁊ ipſa duos ꝑpoſitos ſuos germanos eunuchos iohannē ⁊ paulum ſibi concederet: in ſpecie quaſi maioris firmitatis: rogās deum vt ipſum ⁊ filias ad chriſtū conuerteret. Que omnia cū eſſent impleta gallicanꝰ aſſumptis iohanne ⁊ paulo ⁊ copioſo exercitu proficiſcitur: ſed tamē a ſcytharū gente eius exercitus frangitur: et in vrbe thraciarum ab hoſtibus obſidetur. Cui iohānes ⁊ paulus dixerūt: vt votum deo celi faceret et proculdubio victor eſſet. Quod cum feciſſet: ſtatim iuuenis ferēs crucem ſibi apparuit: ⁊ vt ſumēs gladium ſe ſequeretur: admonnit. Quem ille accipiens per media caſtra iuit: ⁊ ad regē vſq; deueniēs nullum occidēs ſolo timore precedētis vniuerſos

hoſtes ſubiugauit: et romanis tributarios fe-
cit. Duoq; milites armati eidē apparētes: eū
hincinde cōfirmabāt. Fact⁹ ergo xpianus ro-
mā rediit: ⁊ aplo͛ꝝ mox baſilicas viſitauit. Ro-
gauit aūt auguſtū vt ſibi īdulgeret: ſi filiā ſuā
minime deſponſaret: eo ꝙ decetero xpo conti-
nens viuere propoſuiſſet. Quod dum conſtan-
tino plurimū placuiſſet ⁊ due filie gallicani et
conſtantiam virginē conuerſe fuiſſent: ſecūq;
in monaſterio beate agnetis permanerēt. Ipe
gallican⁹ ducatui ceſſit: ⁊ q̇nq; milia ſuoꝝ ſuo
rum manumiſit: oīaq; pauperibus tribuēs: xpo
cū quibuſdā ſeruis dei in paupertate ſeruiuit:
multaq; miracula faciebat: ita vt ſolo iuſſu de-
mones ab obſeſſis corporibus effugaret. Hui⁹
ſacre opinionis fama in toto orbe terrarū intā-
tum excreuit: vt ab oriēte ⁊ occidente veniētes
viderant virū ex patricio ⁊ conſulē lauantē pe-
des pauperū: ponentē menſam: aquā manibus
effundentē: languētibus ſolicite miniſtrantē:
⁊ cetera ſeruitutis officia exhibentē. Perſeue-
rauit aūt gallicanus in ſanctis huiuſmodi pie-
tatis operibus vſq; ad tēpora iuliani impera-
toris: qui cū imperiū ſublimatus xpianos per-
ſequeret̃: miſit ad oſtiā ciuitatē: vbi gallicanus
degebat: vt titulos fiſcales domibus ab eo in
ſubſidiū pauperū fabricatis imponeret. Sed
cū oēs exactores illuc accedentes a demonio
vexarent̃: mandauit iulianus: vt aut diis immo
laret: aut exinde diſcederet. Tanto em̄ viro nō
audebat mortē inferre. Ille igitur alexandriā
perrexit: ⁊ per annū in heremo cum ſanctis cō
feſſoribus habitauit. Deinde tentus a comite
raucino cum ſacrificare contemneret: tranſfi-
xus in corpore gladio martyrii coronam perce-
pit. vij. kalendas iulii: alexandrieq; tumulatus
iacet in eccleſia eius nomini fabricata.

### De ſanctis Iohanne et Paulo martyribus. Cap. ix.



IOhannes et paul⁹ martyres
rome paſſi ſūt ſub
imperatore apoſta
ta iuliano. Quorū prior pre-
poſitus: ſecūdus primicerius
fuit conſtantie conſtantini fi-
lie virginis: vt ſuperius dictū
eſt in paſſione gallicani mar-
tyris. vij. kalē. iulii. Iulianus
iſto imperator captus cupiditate ſacrilega aua
riciam ſuā euangelii teſtimonio colorabat. Nā
facultates xpianis auferens dicebat: ꝙ xp̄s in
euāgelio docuerat: vt niſi qui renūciauerit om-
nib⁹ que poſſidet: nō poteſt xp̄i eſſe diſcipul⁹.
Audiens autē: ꝙ iohānes ⁊ paulus ex opibus
quas conſtantia virgo reliquerat: xpianos pau
peres ſuſtentarent: mandauit eis: vt ſicut con-
ſtātino ita quoq; ⁊ ſibi adherere deberēt. Qui
reſponderunt: ꝙ conſtantino ⁊ conſtanti impe
ratoribus vti xpianis adheſerant: eidēq; in pa
latio famulati fuerant. Iuliano aūt vti apoſta
te: ⁊ qui religionē plenā virtutibus reliquerat
penitus obedire contēnebant. At imperator ſe
clericatuz in eccleſia obtinuiſſe iactabat: ſed cō
ſiderans vanum eſſe inertiā ⁊ ocium ſectari: re
licto clericatu militie animū dederat diis ſa-
crificando: quorū ſuffragiis ad imperii apicez
peruenerat: vnde ⁊ iohanni ⁊ paulo. x. dierum
inducias concedebat: vt ſi infra ipm terminū a
xp̄i cultura non diſcederent: ⁊ militiā ſuam re-
aſſumere recuſarent: coacti poſtmodū facerēt:
quod ſponte facere non curabant. Cui ſancti
dixerunt: vt iam. x. dies preteriſſe exiſtimās cō
tinuo faceret: quod poſt. x. dies. facere minaba
tur. Quibus imperator aſſeruit: ꝙ eos poſt di-
ctū terminū: non vt martyres: ſed vt hoſtes pu
blicos puniret. Tunc iohānes ⁊ paulus per to
tos. x. dies elemoſynis inſiſtebant: ⁊ omnia ſua
inopibus erogabāt. Decima autem die miſſus
eſt ad eos terentianus campi ductor ab impe-
ratore hora cenandi: qui ingreſſus inuenit eos
orantes obtulitq; eis ex parte iuliani impera-
toris auream ſtatuūculam iouis: vt ei thura in
cenderent: alioquin gladio ſimul perirēt. Qui
cum ſe nullum alium dominū habere niſi xp̄m
dicerent: hora tertia noctis tranſacta ſicut illi
indictum fuerat: vt ſine ſtrepitu punirent̃: eos
ambos decollauit intra domū ipſorū. Fecitq;
fieri foueam: ⁊ eorū corpora in ipſa domo inuo
luta reponi: faciens famam: ꝙ in exilium miſſi
eſſent. Demones autē ex obſeſſis corporibus
intra domum iohannis ⁊ pauli eiiciebantur: cō
fitentes ſanctā paſſionem eorum. Poſt hec fi-
lius terentiani a demone rapitur: ⁊ intra ipam
domum clamare cepit: ꝙ a ſanctis martyribus
vreretur. Quod videns terentianus: ad locū
accedens: oranſq; cum lachrymis peccatū ſuū
confitetur: ⁊ filius eius mox a demone libera-
tur: ac vna cum patre conuerſus ad xp̄m bapti
zatur: qui terentianus ſcripſit ſanctorum mar-
tyrum paſſionem: qui paſſi ſunt ſexto kalen-
das iulii anno domini. ccclxiii.

### De ſancto Vigilo ep̄o ⁊ martyre. Cap. x.



VIgilius ep̄s tridenti-
nus ⁊ martyr
natione roma
nus a puero
xp̄ianus libe-
ralibus ſtudiis athenis edo-
ctus: cum maxentia matre no
bili ⁊ cum filiis ſuis claudia
no ⁊ maioriano ad ciuitatem
tridentum deuenit: deo ſeruiens et miraculis
clarens: vbi aſterio tridentino epiſcopo defun
cto: ipſe a populo cum eſſet annorum. xx. ꝙuis

dudum renuẽs in pontificem electus eſt. Qui
omnem populũ ciuitatis ⁊ dioceſis tridentine
adhuc maiori parte idolis deditum ad xp̄m cõ
uertit: predicationis gratia continue circuiẽs
partes illas: qui etiam de licentia epiſcoporũ
brixieñ. ⁊ veroneñ. in eoꝝ dioceſibus p̄dicans:
multos ab idolorum cultu eripuit. Et ſiſinniũ
martyrium: ⁊ alexandrum martyres in predica
tione ſocios ⁊ coadiutores habuit: de quibus
ſupra in eorum paſſione actũ eſt. iiij. kal. iunij.
Quorum etiã corpora apud vallemãnonis pro
chriſto paſſorum tridentũ tranſuecta ſepeliuit:
⁊ ipſorũ aĩas celos aſcendere cõſpexit. Cũ in
vno ſolo eius ep̄atus loco in mõtanis ſito: noĩe
rãdena gentilitatis veſtigia remanſiſſent: ⁊ ip̄e
cũ miliano p̄ſbytero ⁊ fratrib⁹ ſuis claudiano
⁊ maioriano xp̄m ibidẽ predicaſſet: ac etiã ſa‑
turni idolũ euertiſſet: trãſiẽs fluuiũ ſarcha per
quẽ benachus defluit: a ruſticano vulgo ĩ eũ fu
rente inſecutus: ac lapidib⁹ ſolus ip̄e obrupt⁹
eſt: ſocijs ſine leſiõe dimiſſis: cui⁹ corpus ad ec
cleſiã ſuã delatũ eſt: ac in eccl'ia martyrũ gerua
ſij ⁊ ꝓthaſij: quã ip̄e edificauerat tumulatũ: vo
cabulo ipſius eccl'ie in noĩe ſcti vigilij mutato.
In cuius ſepultura ⁊ demones effugati ſunt: ⁊
diuerſis languoribus egri curati. Sed ⁊ brixi‑
enſes quidã de eius collecto ſanguine partem
brixiã detulerunt in cuius virtute plurima fue
runt oſtenſa miracula. Claruit in ep̄atu annis
xx. Imperantibus gratiano ⁊ valentiano: ho‑
norio ⁊ theodoſio magno principibus: ⁊ paſſus
eſt. vi. kalen. iulij. Hic ad ſimpliciũ quendam in
laudẽ martyrũ ſcripſit librũ. Itẽ epiſtolã eoꝝ
geſta ſupplicia ⁊ funera ſuo tẽpore apud bar‑
baros continentẽ. Item ad iohannẽ chryſoſto‑
mum epiſtolã predictorũ martyrũ ſiſinnij mar‑
tyrij ⁊ alexandri paſſionem explicantem.

De ſancto vigilio alio ep̄o ⁊ mar. Cap. xi.



Vigilius epi‑
ſcop⁹ antiſiodoreñ. paſ
ſus eſt tp̄e cõſtãtini iu
nioris. Hic ĩ ip̄o ep̄atu
ſedit annis. xxv. Edifi
cauitq; de facultatib⁹
proprijs ac dotauit ec‑
cleſiã dei genitricis ex
tra muros: in qua ⁊ cõ‑
uentũ monachoꝝ ⁊ hoſpitale pauperum cõſti‑
tuit. Qui ꝓpter ſuã ſanctitatẽ inimicis iuſticie
odioſus effectus a baracone ſceneſcallo regis
francie: q̄ ebroino regi ſcti leodegarij occiſori
in regno ſucceſſerat: in cocia ſilua ꝓpe cõpediũ
occiſus eſt. vij. kal. iulij. Cũ aũt corpus eius ad
ſuã eccl'iam veheret̃: ⁊ ꝑ ſenonas tranſitũ habe
re cõtingeret: carceres ilico diuinit⁹ ſunt reſe
rati: vinculis quoq; ac cõpedib⁹ cõfractis oẽs
cõcluſi ⁊ in ergaſtulis ibi iuxta detẽti abſoluti
ſunt: corpus ſacrũ vſq; antiſiodoꝝ comitãtes.

De ſancto Uigilo papa ⁊ mar. Cap. xij.



Vigilius pa‑
pa et martyr natione
romanus ex patre io‑
hanne conſule romanorum ſil
uerio pape in pontificatu ro‑
mano ſucceſſit: et ſedit annos
xvij. menſes. vi. dies. xvi. Hic
cum ſiluerij pape deceſſoris
ſui archidiaconus eſſet: et ad
papatum ambiens theodore
auguſte fautor extitit: vt ſiluerius papa a beli‑
ſario patricio de epiſcopatu eiectus in exilium
mitteretur: vt ſupradictum eſt in paſſione ſilue
rij. xij. kalendas iulij: vnde ⁊ ſuaſu atq; aucto‑
ritate theodore ad papatũ promotus eſt. Qui
tamen poſt mortem ſiluerij de commiſſo penitẽ
tiam egit: ⁊ martyrio paſſus feliciter termina‑
uit. Huius temporibus apud conſtantino‑
polim. v. ſynodus celebrat̃ ſub iuſtiniano prin‑
cipe contra theodoram et omnes hereticos:
qui beatiſſimam mariã tantum hominem ⁊ non
deum genuiſſe affirmabant. In qua ſynodo ca
tholice ſtatutum eſt: vt beata maria ſemper vir
go theotheca diceretur: id eſt mater dei et ho‑
minis ſaluatoris: vñ et ex hoc theodore exoſus
effectus: ab eadem quẽadmodum ⁊ predeceſ‑
ſor eius compulſus eſt: vt artemium patriarchã
conſtantinopolitanum ab agapito propter he‑
reſim de ſua ſede eiectum reuocaret: ⁊ in ſua ſe
de reſtitueret. Quod cum facere abnuiſſet: ab
eadem auguſta multas perſecutiones paſſus
dehinc conſtantinopolim adductus ⁊ alapiza‑
tus eſt ac demum de eccleſia ſancte ſophie: in
quam confugerat extrahitur: et miſſo fune in
collo eius per totam vrbem de mane vſq; ad ve
ſperam trahitur. nouiſſime quoq; actus in exi‑
lium moritur. Corpuſq; eius in locello repoſi‑
tum romam transfertur: ⁊ apud ſanctum petrũ
ſepelitur. Hic cõſtituit miſſam in eccleſia ce‑
lebrari verſus partem orientalem: vt in chriſti
faciem ſacerdos intendat: eo q̄ chriſtus in cru
ce pendens verſus occidentem aſpexit. Et ceſ‑
ſauit eius epiſcopatus dies quinq;.

De ſancto Uigilio confeſſore. Cap. xiij.

Vigilius confeſſor
⁊ diaconus claruit tempore leo
nis primi imperatoris. Hic mo
nachorum regulam ex traditio
ne ſanctorũ patrum totius pro
feſſionis monaſtice diſciplinam
continentem: que ad profectum fratrũ in con‑
uẽtu legitur breuiatã lucido ⁊ aperto ſermone
conſcripſit. Et apud vrbem regiam conſtanti‑
nopolitanam ſanctitate preditus in pace diem
extremum concluſit.

De ſancto Maxentio abbate. Cap. xiiij.



MAxẽtius abbas pictauiẽſis tp̄e clodouei regis francoꝝ claruit. Qui inter cetera ipiꝰ ſctitatis oſtẽſa miracula iuuenẽ a morte corporis ſuſcitauit. Aues ſilueſtres relicto nemore ad ipſuȝ mãſuetius aduolabant: et de mauu eius tritici grana ⁊ panis fragmẽta legebant. Sepius viſitabaꝛ ab angelis: adeo vt cella ipſius in modū ſtellarū ſplẽdore frequẽtius videreꝛ. Qui etiã pane ordeaceo ſolo et aq̄ cõtentus ſepius celico pane ſibi miniſtrato diuinitus reficiebaꝛ. Hic die quadã eſtiuo tp̄e ſitiẽtibus monachis: ⁊ aqua in loco deſerto carẽtibus baculo terrã feriẽs fontẽ ex humo ꝑduxit: ex quo languẽtes quicꝫ potati ad p̄ſens vſcꝫ ſanaꝛ. ¶ Cum aūt franci cū rege clodoueo ꝯtra gothos ad bellū ꝓcederẽt: veniẽtes ad monaſteriū ſancti viri: vt illud ſpoliarent: ⁊ quidã ex illis abbatẽ ꝓpoſſe reſiſtentẽ gladio perimere vellet: gladiūcꝫ ſup eius caput eleuaſſet: manꝰ cū brachio in aere ſuſpẽſa remãſit: quã nec deponere valuit: ⁊ poſtmodū ſeipm dentibus laniare cepit. Reliqui vō excecaꝛ: ⁊ adeo mẽte turbaꝛ: ⁊ ſe mutuo cognoſcere non valebant. Quod rex audiẽs ad maxentiū venit: ⁊ ꝓ ſe ac ſuis veniã petijt: cũctiſcꝫ ipſis liberationẽ mẽtis ⁊ corpis humiliter impetrauit. ¶ Cū quidã cultor ſegetū in meſſem ſancti manꝰ iniecisſet: manus eius ſubito cõtracta eſt. Qui veniẽs ad virum dei veniam de cõmiſſo poſtulauit: ⁊ ſanitatem reportauit. ¶ Mulieris cuiuſdaȝ cuius die dn̄ico filia torquẽtis manus inutiles facte fuerant: ipſum inuocãtis manus ſubito reſanauit. Obitum ſuuȝ longe ante preſciuit: ⁊ monachis ſuis predixit: ⁊ vt predixerat in pace quieuit: videlicȝ. vi. kalen. iulij hora nona: ſepultus in monaſterio ſuo pictauieñ.

¶ De ſancto Creſcente diſcipulo. Cap. xv.

CReſcens diſcipulꝰ beati pauli apoſtoli fuit: q̇ primo in gallias tranſituȝ faciens verbo predicationis multos ad fidem chriſti conuertit. Deinde rediens ad gentẽ: cui ſpecialiter epiſcopus fuerat datus: videlicet galathas vſcꝫ ad beatum finem vite ſue in opere domini populum confortauit: officio quocꝫ predicationis fideliter peracto in domino quieuit quinto kalen. iulij. galatie ſepultus: vt dicit ado: et ex hieronymi martylogio.

¶ De ſanctis zollo ⁊ ſocijs eius martyribus. Cap. xvi.

NAbilꝰ martyr cuȝ alijs xix. ſocijs ſuis apud cordubam hiſpanie pro chriſti nomĩe martyriū paſſus eſt. v. kalen. iulij. Cuiꝰ q̇dẽ zolli corpus cum multo tẽpore vbi nam ſepultum fuerat latuiſſet: venerabili epiſcopo eiuſdem ciuitatis nomiue agapito ex diuina reuelatione manifeſtatū: ⁊ ab eodẽ repertū: atcꝫ honore condecẽti collocatum eſt: hec ado.

¶ De ſancto zoilo presbytero. Cap. xvij.

ZOilus presbyter aquileieñ. fuit: qui cuȝ corpus beati martyris chryſogoni: ⁊ alioꝝ plurimorū pro chriſto paſſorum ſepeliſſet: vt dicitur infra in paſſione chryſogoni. viij. kalẽ. decembris: apparẽte ſibi beato chryſogono predicto: ⁊ eidem felicẽ ſuū obitū prenūciante: omni vite perfectione conſumata ad xp̄m migrauit. Sepultuſcꝫ eſt in aquileieñ. ciuitate.

¶ De ſancto Leone papa ſecũdo ⁊ confeſſore. Cap. xviij.



LEo papa huiꝰ nominis ſecundus natione ſiculus: ex patre paulo Agathoni pape i epiſcopatu romano ſucceſſit: ſeditcꝫ annū vnum: menſes decem: dies ſeptẽdecim. Hic fuit eloquẽtiſſimus: in diuinis ſcripturis ſufficiẽter inſtructus: greca latinacꝫ lingua eruditus: cantilena ac pſalmodia precipuus: ⁊ in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatiõe ſublimatus: lingua quocꝫ ſcholaſticus ⁊ locutione politus: exhortator omniū bonorum operum: pleni florentiſſimam ſcientiã ingerebat: paupertatis amator erga inopum prouiſionem: non ſolum mentis pietate: ſed etiã ſtudij ſui labore erat ſolicitus. ¶ Hic ſuſcepit ſanctam ſextam ſynodum conſtantinopoli celebratam ſub conſtantino iuniore: condemnans ea que ipſa damnauerat ſynodus. ¶ Hic conſtituit pacem dari in eccleſijs totius chriſtianitatis fidelibꝰ poſt agnus dei. Conſtituit etiam vt qui ordinatus fuerit archiepiſcopus: nulla cõſuetudine pro vſu pallij aut diuerſis officijs aliquid eccleſie ꝑſoluere debeat. ¶ Quadã aūt die dū pauperẽ leproſum ſuſceptum in ſuo lectulo collocaſſet: ⁊ cubiculum ſecreto clauſiſſet: poſtmodū rediens ⁊ cameraȝ aperiens: atcꝫ pauperem minime reperiens: intellexit ſe chriſtum in pauperem ſuſcepiſſe. ¶ Huic etiaȝ cum per dies q̇dragintaieiunijs ⁊ orationibꝰ ad altare beati petri apoſtoli perſeueraſſet: et pro ſuorum venia criminum apoſtolum exoraſſet: beatus petrus apparẽs dixit:

omnia ſua pctā a dño fuiſſe dimiſſa preter peccatum manus impoſitionis: de quo ſolo in morte ſua rationez reddere oportebat: qui die. iiij. kalen. iulij in chriſto feliciter obdormiuit. Et ſepultus eſt ad ſanctū petrū apoſtolum. ¶ Hic fecit ordinationē vnā per mēſem iunij: ⁊ ordinauit preſbyteros nouē: diacones tres: epiſcopos per diuerſa loca numero. xxiij. Et ceſſauit epatus mēſes. xi. ⁊ dies. xxij. ¶ Hic de multis ſcientijs compoſuit hyſtorias ⁊ cātus: ⁊ plura eccl'ie vtilia ſcripſit. Homelias declamatorias multas compoſuit. Decretales epiſto. lxx. Sermones ad populū. lxxx. vnde ⁊ ſmologus dictꝰ eſt: vt dicit Gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Leone papa tertio. Cap. xix.



Eo papa huius nois tertius natione romanus: ex patre azulpho: adriano pmo pape in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos. xx. menſes v. dies. xvi. Qui dū ad capeſcendā ſedē apoſtolicam vrbē intraret: audite ſunt voces angelorum cōcinentiū: dicit dñs. Ego cogito cogitationes pacis ⁊c. Fuit aūt tēporibus karoli magni primi imperatoris francoꝝ. ¶ Hic dū pgeret in die ſancti marci de laterano ad letaniam maiorem apud ſanctū petrū peragendā ex more: a romanis captꝰ ⁊ erutis ſibi oculis: liguaqꝫ preciſa nudus ac ſemiuiuus ī monaſteriū miſſus eſt. Sed dñs omnipotēs eidem miraculoſe et loquelā ⁊ viſum reſtituit. Poſteaqꝫ perrexit ad karolum regem francorū: a quo honorifice ſuſceptus eſt. Et cum ei cūcta que ſibi contigerant: intimaſſet: rex pre nimio cordis dolore fleuit. Statimqꝫ legatos ſuos romā miſit: ⁊ leonē cum honore in ſedez ſuā reſtituit. Et poſt tpis ſpaciuz cū karolꝰ de ſaxonia victor rediſſet: romā venit: ibiqꝫ honorifice a clero ⁊ populo ſuſceptus eſt. Cūqꝫ de quibuſdā criminibus pape obiectis inquiſitionem feciſſet: ⁊ nihil obiectoruz a calūniatoribus probari poſſe: pōtifex ipſe coram omni populo ad euangelia ſe purgauit. Et ī die natalis dñi karolū magnū īpatorē romanorū coronauit: populo ſibi laudes imperiales ex more acclamante. Sicqꝫ imperiuz ab ea die in francos tranſlatū eſt ex conſtitutione apoſtolice ſedis: filios quoqꝫ karoli pipinū in longobardorum: ludouicū equitanioꝝ: karolū vo ſaxonū reges inunxit. Poſt hec karolus imperator inimicos ⁊ calūniatores pape: vt maieſtatis reos capite dānauit. Pro quibus ſanctꝰ pontifex pio affectu apud imperatorem interceſſit. Nam ⁊ vita ⁊ membrorum integritas eis conceſſa eſt. Ceterum pro facinoris magnitudine exilio ſunt deportati. karolus vo ad gallias regreſſus eſt. de quo libro vndecimo in eiꝰ ſpeciali hyſtoria peragetur. ¶ Hic pontifex fecit porticum ſancti petri: qui adhuc eius nomine dicit ciuitas leonina: ⁊ muro eā cinxit propter incurſum ſaracenoꝝ. Et poſt alia opa virtutum laudabilia in pace qeuit. Sepultꝰ apud ſanctū petrū. Et ceſſauit epatus dies tres.

¶ De ſancto Hyreneo epiſcopo ⁊ martyre. Cap. xx



HYreneꝰ epiſcopus lugdunenſis policarpi ſmyrneñ. epi auditor: deinde photini epi: q lugduneñ. in gallia regebat eccl'iaz preſbyter fuit. Eidēqꝫ photino iā pene nonagenario martyriū paſſo in epiſcopatu ſucceſſit. Floruit aūt tēporibus eleutherij pape: ⁊ antonij pij veri ⁊ cōmodi imperatorum. Hic etiā preſens extitit cōcilio patrum celebrato apud ceſareaz paleſtine: in quo ſtatutū eſt: vt paſcha domini die dominico celebret obſeruata luna decimaquarta mēſis martij: vt ait Hugo floriaceñ. Qui etiā perſecutione ſeueri imperatoris cum omni fere ciuitatis ſue populo pro fidei ſacre confeſſione glorioſo martyrio coronatus eſt. Sepultuſqꝫ eſt a zacharia preſbytero lugduneñ. in crypta iohānis baptiſte ſub altare. Cui ex vtroqꝫ latere adiacent epipodius et alexander martyres. Paſſus eſt autem quarto kalen. iulij. ¶ Hic plurima egregia volumina compilauit. Scripſit nāqꝫ cōtra hereſes libros quinqꝫ. Item aliud volumē ingens ⁊ conſpicuū contra gentiles. Scripſit et libellum ad blaſcū de ſciſmate. Item aliū ad florinum de monarchia: ⁊ ꝙ deus non ſit creator malorum: Scripſit et libellum de ogdoade. Item de diſciplina ad martianum fratrem. Item de apoſtolica predicatione. Item libruz variorum tractatuū. Dialogos etiam ſcripſiſſe dicitur. Feruntur et alie ad victorem romane vrbis pōtificem plures epiſtole: ſuper queſtione paſche die dominico celebrande. Hec Hieronymus de illuſtribus.

¶ De ſanctis Potamiena virgine ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xxi.

POtamiena virgo cū matre marcella: ſanctiqꝫ martyres Plutarchus Serenus Heraclides Heros Seronius ⁊ Baſilides cū alijs tribus: ⁊ virgo qdā cathecumina Hera nomine baptiſmū martyrij cōſecuti. Alexandrie paſſi ſunt. Inter qs precipue emicuit potamiena virgo: q pmo immenſos ⁊ inumeros agones p vginitate deſudās: deinde etiaz pro fide exquiſita ⁊ inaudita tor-

menta perpeſſa: tandem cum matre Marcella igne martyrium conſumauit. Baſilides aūt virginis carnifex cum potamiena iam occiſa cum per viſum confortaſſet: eiq́ȝ coronam paſſionis a deo deſtinatā impoſuiſſet: cōuerſus ad xp̄m capite ceſus eſt. Ceteri oēs diuerſis ſupplicijs laniati tādem gladio martyrij palmā perceperunt. Hec in lib. vi. eccleſiaſtice hyſtorie. cap. v. ⁊ vi. horū oīm paſſio recolif. iiij. kal'. iulij.

¶ De ſancto Petro aplor̄ principe. Cap. xxij.



PEtrꝰ apoſtolorū̄ princeps ⁊ xp̄i vicariꝰ: alio noīe dictus ſymō bariona filius iohānis frater ādree apl'i de ciuitate bethſaida galilee a domino de piſcatione vocatus: ⁊ apoſtolorum maior effectꝰ. Inter ceteros ⁊ ſuper ceteros maioris feruoris extitit. Nam ⁊ ſcire domini proditorē voluit: quem vt ait chryſoſtomus ſi ſciuiſſet dentibus trucidaſſet. Hic ſuper mare ad dominum ambulauit. Staterē in ore piſcis inuenit. Claues regni celorum a domino recepit. Solus inter apoſtolos: vt xp̄m a iudeis captum defenderet gladium exemit. Paſcendas oues a xp̄o ſuſcepit. Tria milia hominū in prima ſua predicatione die penthecoſtes conuertit. Claudum cum iohāne erexit: ⁊ tunc. v. milia hominū ad fidem perduxit. Ananie ⁊ ſaphire mortē p̄dixit. Eneam paralyticū curauit. Corneliū baptizauit. Tabitam ſuſcitauit. Umbra ſui corporis infirmos ſanauit. Ab herode incarceraf: ſed ab angelo liberatur. Hec ex euangelijs: ⁊ Actuum apoſtolorū. Cibus aūt eius: vt ipe in libro clementis teſtatur: panis ſolus cum oliuis ⁊ raro cū oleribꝰ in vſu erat. Indumētū aūt tunica ſola cum pallio. In ſinu quoq́ȝ ſemp ſudariū portabat: ad tergendā inūdātiā lachrymarū: quas memorans dulcis magiſtri preſentie cōtinere non poterat. Eius geſta ⁊ paſſionē: marcellus eius diſcipulus ⁊ clemens: ac leo ſummi pontifices conſcripſerunt. ¶ Cum petrus duos diſcipulos ad predicādū miſiſſet: ⁊ ipi. xx. dietas fuiſſent vnus illorum defunctus eſt. Quod cuȝ petrus altero ad ſe redeunte cognouiſſet baculum ſuum eidem tradidit: ⁊ ſup corpus defuncti ponendū mandauit. Quod cū factū eſſet: ille qui p dies. xl. mortuus iacuerat: reſurrexit. Hic dicif fuiſſe beatus martialis: vel vt alibi legitur ſanctus fronto: qui autē defunctus fuerat fuit preſbyter Georgius. ¶ Beatus igitur apoſtolus poſtq̄ ſedem pōtificalem. vij. annis antiochie tenuit: vt dictum eſt ſupra in prima cathedra ſancti petri. xv. kalen. februarij. Dein de hieroſolymā venit: ⁊ cum ſymone mago conflictum habuit. Nā ipe ſymon eo tempore erat in hieruſalem: qui ſe primam veritatem dicebat ⁊ ſibi credentes perpetuos effici aſſerebat: et nulla ſibi impoſſibilia aſtruebat. Seipm̄ autem vt deum adorandum ab omni mundo prophetabat. Dicebat quoq́ȝ: q cum puer eſſet: mater ipſius rachel nomine cum vt meteret ad agrū mitterebat. Ipe vo falci p̄cipiebat: vt p ſe meteret: ⁊ decuplo ceteris per ſeipſam metebat. Serpētes quoq́ȝ eneos faciebat mouere: ſtatuas lapideas ⁊ ligneas ridere: ⁊ canes cantare: que omnia demonum incantationibus operabaf. Hic ergo cum petro diſputare ſtatuit: dieq́ȝ cōſtituta petrus intrauit: ⁊ pacem aſtantibꝰ nūciauit. Symon vo ſe ſua pace opus non habere reſpōdit cum non ad pacem: ſed pugnam inſimul cōueniſſent. Econtra petrus ſymonē redarguit: qui pacem audire recuſauit: cum in diſputationibus veritas ad pacem captandam requiraf. At ſymon ſe deum: ⁊ dei filium aſſerebat dicēs q poterat per aera volare: nouas arbores pducere: lapides in panes conuertere: in igne ſine leſione durare: ⁊ omnia ſibi placita perficere. Contra hunc ergo petrus diſputabat: ⁊ omnia eius maleficia detegebat. Tunc ſymon videns: q petro non poſſet reſiſtere: omnes libros artis magice: ne forte magus pderef: in mare proiecit: ⁊ romā vt ibi haberetur perexit. Ibiq́ȝ multum populū ſuis p̄ſtigijs ⁊ apparentibꝰ ſignis ad ſe traxit. Quod vbi petrus cōperit: ipſum vſq́ȝ romam inſecutus eſt. Quarto igitur anno claudij petrus romā applicuit: ⁊ ibidem. xxv. annis ſedit vſq́ȝ ad annū vltimū neronis ceſaris: duos quoq́ȝ ep̄os linū ⁊ cletum ſibi coadiutores aſſumpſit: vnum intra vrbis menia: alium extra. Ipſeq́ȝ p̄dicationi inſiſtens multos conuertebat: ⁊ infirmos q̄plures curabat. Sȝ ⁊ caſtitatem multum cōmendans: quattuor concubinas agrippe prefecti ad xp̄m conuertit: que ad p̄fectū vlterius redire recuſabāt. vn̄ agrippa iratus contra petrum occaſioneȝ querebat.

¶ Poſt hec apparuit dominus petro: ⁊ eidem prenūciauit: q ſymō magus ⁊ nero ceſar cōtra ipm̄ cogitarent: ſed eum hortatus eſt: ne dubitaret: quia ſemp ſibi aſſiſteret: ⁊ ſolatiū coapoſtoli pauli in craſtinū vrbē intraturi eidē cōcederet. Dieq́ȝ ſequēti paulus romā ingreſſus petro adheſit: ⁊ ſecum p̄dicare cepit. Petrus quoq́ȝ ſciens ſe proximum paſſioni in cōuentu fratrum poſitus clemētem ſibi ſucceſſorem in epiſcopum ordinauit: ⁊ in cathedra loco ſui: licet diu renitentem ſedere coegit. Symon aūt magus in tantū a nerone amabaf: q vite eius ⁊ ſalutis ⁊ totius vrbis cuſtos putabaf. Quadam die ante ceſarem aſſiſtens: eius effigies ſubito mutabaf: vt modo ſenior: modo iunior appareret. Aliqn̄ dum in conclaui cū nerone eſſet: demon in eiꝰ ſpecie foris populo loquebaf. Quapropter nero ipm̄ vere dei filiū exiſtimabat. Dixit etiā ſymon neroni: vt ſe decollari mādaret:

et die tertia reſurgens: ſe vere dei filium com-
probaret. Quod cum fieret; ſpiculator putans
ſe ſymonem decollare: arietē occidit. Symon
vo arte magica triduo latuit: ⁊ arietis mēbra
colligens abſcōdit. Sanguis autem aīalis cō-
gelatus remanſit. Die autē tertia ſe neroni oſtē-
dit: ⁊ ſurrexiſſe aſſeruit: ac vt ſanguinē ſuū ab-
ſtergi faceret imperauit. Quod nero videns ob-
ſtupuit: ⁊ ipm verum deum exiſtimauit. Popu-
lus etiam eum reuerentes eidem ſtatuā erexe-
runt: ⁊ titulū eius noīs conſcripſerūt. Petrus
autē ⁊ paulus ad nerone̅ introibāt: ⁊ ſymonis
fallacias confutabant. Addiditq; petrus: ꝙ ſi-
cut in xp̄o ſunt due ſubſtātie: ſcʒ hominis ⁊ dei:
ſic in ſymone hominis ⁊ diaboli. Symon vo pe-
tro cōminabatur ꝙ angelis ſuis preciperet: vt
ſe de apoſtolo vindicarent. Petrus vo ſe eius
angelos non timere reſpondit. Et cum nero ſy-
monem habere deitatem diceret: petrus dixit:
vt ſi vere deus eſſet: diceret: quid petrus cogi-
tabat: ⁊ quid latenter ordinabat: ⁊ accedens ad
aurem ceſaris ſecreto ei dixit: vt panē hordea-
ceum ſibi occulte deferri iuberet: quē ſibi obla-
tum petrus benedixit: ⁊ ſub manica abſcondit.
ac ſymonem qui ſe deum dicebat: quid factum
fuiſſet interrogauit. Econtra ſymon dicebat: vt
petrus propalaret: quid ipe ſymon in mente re-
uolueret. Petrus vo reſpondit: ꝙ cogitationē
ſymonis ſe ſcire doceret: dum faceret: quod co-
gitaſſet. Iratus autem ſymon canes maximos
aduocauit: vt petrum deuorarent. Qui cū mox
venientes in petrum impetum feciſſent: ille pa-
nem bn̄dictū eis obtulit: ⁊ protinus eos in fu-
gam conuertit. Sicq; petrus quod ſymō cogi-
tauerat: non verbis: ſed factis ſe cognouiſſe do-
cuit: dicens ꝙ qui promiſerat contra ſe ange-
los exhibituros canes exhibuerat: vt ſic oſten-
deret: ſe angelos non habere diuinos: ſed cani-
nos. Ex hac deceptatione admodū ſymon con-
fuſus eſt. ¶ Poſt hec cum ſymon ſe iactaſſet: ꝙ
poſſet defunctos ſuſcitare: ⁊ die quadam iuue-
nis mortuus ad tumulum portaret vocatis pe-
tro ⁊ ſymone: hanc omnes populi ſententiā fir-
mauerunt: vt illum occiderēt: qui mortuum ex-
citare non poſſet. Tunc ſymon ſuis incantatio-
nibus fecit: vt caput mortui agitaret. Et cum
omnes petrum lapidare vellent. Apoſtolus fa-
cto ſilentio dicebat: vt ſi defunctus viueret: per
ſeipſum loqueretur ⁊ ſurgeret. Alioquin ſymo-
ne a pheretro ſeparato fantaſma diaboli appa-
reret. Separato ergo ſymone a lectulo puer im-
mobilis permanſit. Petrus etiam a longe ſtās
oratione facta iuuenem confeſtim in chriſti no-
mine excitauit. Et cum populus ſymonem lapi-
dare vellet: petrus pro eo interceſſit: ⁊ liberum
abire fecit. Tunc ſymon ad domum marcelli di-
ſcipuli petri canem maximum alligauit: vt pe-
trum ad diſcipulum ex more venientem lacera-
ret. ¶ Poſt modicum petrus venit: ⁊ facto ſi-
gno crucis canem exoluit. Canis autem omni-
bus blandiens ſolum ſymonem perſecutus in
ipſum inſiluit: ⁊ vt ſibi apoſtolus iuſſerat corpꝰ
quidem eius non leſit: ſed veſtes totaliter lace-
rauit: ppl's aūt ⁊ pueri ſimul cum cane illū tan-
ꝗ lupum ex vrbe fugarunt. Cuiꝰ opprobriȷ̄ pu-
dorem non ferens ſymon per annum nuſꝗ cō-
paruit. Poſt annum vo ad vrbem rediens: ite-
rum in neronis gratiam receptus eſt. Qui ⁊ po-
pulum vrbis conuocauit: ⁊ ſegrauiter a galile-
is offenſum perhibuit: ⁊ ideo diem ſtatuit: quo
mundum deſerens celum aſcenderet: quia nō
dignabatur in terris amplius habitare. Igit
die ſtatuta turrim excelſaʒ ſibi de lignis a nero-
ne fabricatam aſcendit: ⁊ coronatus lauro vo-
lare cepit. Apoſtoli autem adinuicem condixe-
runt: vt paulus oraret: ⁊ petrꝰ imperaret. Cū
autem nero ſymonem deum aſſereret: ⁊ apoſto-
los ſeductores diceret. Paulus autē petro ſua-
deret: vt iam domini iuſſa perficeret: eo ꝙ xp̄s
illos ad ſevocaret. Petrus ſurrexit: angelos ſa-
thane per chriſti nomen adiurauit: vt ſymonem
amplꝰ nō ferrēt: ſed ad terrā corruere permit-
terent. Et continuo dimiſſus corruit: ⁊ fractis
membris omnibus expirauit. Nero autē ſe ta-
lem virum perdidiſſe doluit: ⁊ apoſtolos detē-
tos in manibus paulini viri clariſſimi tradidit.
Qui eos recluſit in cuſtodia mamertina ſub cu-
ra militū proceſſi ⁊ martiniani; vbi per menſes
ix. detenti ſunt: vbi etiā beatus apoſtolus. xlix.
milites ibidem detentos conuertit: ⁊ fonte de
petra producto baptizauit: vt ſupra dictum eſt
in eorum paſſione: pridie idus martiȷ̄. conuerſi
ſunt etiam ad xp̄m proceſſus ⁊ martinianus: vt
dicetur in eorum paſſione. vi. noū. Iuliȷ̄. vnde ⁊
poſt menſes. ix. carcerem aperuerunt ⁊ apoſto-
los dimiſerunt. ¶ Petrus autē multa fratrum
inſtantia ex vrbe diſceſſit: ⁊ cum veniſſet ad por-
tam: que nunc dicitur ſancta maria ad paſſus
via apia: vidit ſibi chriſtum occurrentem: ⁊ ait.
Domine quo vadis: qui reſpondit: venio romā
iterum crucifigi. ¶ Statimq; dominus diſpa-
ruit; et eius adhuc veſtigia marmori impreſſa
cernuntur. Petrus igitur cum hoc de paſſione
ſua dictum intelligeret rediit. Et a miniſtris
neronis captus prefecto agrippe preſentatur:
⁊ facies eius ſicut ſol refulſit: paulus etiam ſi-
mul cum eo captus eſt. Tunc iubente Nerone
Agrippa prefectus in eos ſententiam tulit: vt
ambo quidem more romano prius flagellis ce-
derentur. Deinde Paulus qui ciuis erat roma-
nus: capite truncaretur. Petrus vo tanꝗ alie-
nigena crucifigeret. Qui dato ſibi pacis oſcu-
lo abinuicem ſeparātur. Paulus decollatus eſt
ad aquas ſalinas in via oſtien̄. Petrus autē in
vaticano naumachie iuxta palatiū neronianuʒ
crucifixus eſt. ¶ Petrus igitur cū veniſſet ad
crucē: rogauit milites: vt verſo dorſum capi-
te crucifigeretur: aſſerens non eſſe dignum: vt

Ipſe diſcipulus eo modo in patibulo ſtaret: quo Chriſtus magiſter in cruce pependit. Tunc illi crucē verterunt: ⁊ pedes ſurſum: manus autem deorſum confixerūt. Populus vero furore repletus volebat neronem ⁊ prefectum occidere: et apoſtolum liberare. Qui eos rogauit ne paſſionem ſuam impedirent. Dominus autē aperuit oculos eorum: qui aderant ⁊ deflebant: ⁊ viderunt angelos ſtantes cum coronis roſarum ⁊ liliorum: ⁊ petrum confortantes: xp̄m etiam aſſiſtentem ⁊ librum apertum tenentē: ⁊ quicquid petrus populo predicabat: ex ipſius libri ſcriptura ſumebat: videns ergo petrus ꝙ fideles eius gloriā vidiſſent: orationē premiſit: ⁊ gratias agēs deoqꝫ fideles cōmendās ſpiritū emiſit. iij. kalē. iulij. quo ip̄o die ⁊ eodē anno (vt eccleſia tenet) coapoſtolus eius paulus decollatus eſt: vt infra in eius paſſione dicet᷑. Cuius corpus a marcello ⁊ apuleo eius diſcipulis de cruce depoſitum in vaticani loco ſepultum eſt. ¶ In ip̄a autem die petrus ⁊ paulus dionyſio apparuerunt: vt ip̄e teſtatur: manu ad manum portā vrbis intrantes: induti veſte luminis et coronis claritatis ornati. Nero autē pro hoc et alijs commiſſis ſceleribus a populo furēte ex vrbe pulſus manu ſe propria peremit. ¶ Tempore cornelij pape greci furati apoſtolorū corpora illa exportabant. Sed ſtatim facto terremotu nimio demones in idolis habitantes clamabant: ꝙ dij romanorum exportarētur. Quapropter fidelibus de apoſtolis: paganis vero de ſuis dijs intelligentibus multitudo armatorū illos inſequitur: vnde greci timentes apud catacumbas apoſtoloꝝ corpora in puteum proiecerūt. Que a ſctō cornelio inde leuata ⁊ i eiſdē locis vn̄ ablata fuerāt depoſita fuerūt: vbi iacuerūt vſqꝫ ad tp̄a ſilueſtri pape: quando vtriuſqꝫ ipſorum edificata baſilica ad ipſorum eccleſias ſunt tranſlata: vt dicetur infra in dedicatione ip̄arum baſilicarū. xix. kalē. decembris.

## ¶ De ſancto Paulo apoſtolo doctore gentium. Cap. xxiiij.



Paul⁹ apoſtolus predicator ⁊ doctor gentiū de tribu beniamin tarſo cilicie oriundus gamalielis doctoris diſcipulus: poſt ſui conuerſionem multas perſecutiones paſſus eſt: multaqꝫ miracula operatus: quas hilarius enumerat dicens. Paulus apoſtolus in philippis virgis ceditur: et in carcere ponitur: et in ligno pedibus affigitur. In liſtris lapidatur. In iconia et theſſalonica ab emulis p̄ſequit᷑. In epheſo feris dat᷑. In damaſco per murū in ſporta dimittitur. In hieruſalē ceditur: ligat᷑: inſidiatur: criminat᷑. Nauigans in italiam periculo eripitur. Romam veniēs ſub nerone iudicatur ⁊ occiditur: apoſtolatum inter gētes accepit. Quēdam contractum in liſtris erexit. Iuuenem qui de feneſtra ceciderat ⁊ expirauerat ſuſcitauit: ⁊ m̄lta alia miracl'a fecit. ¶ Apud mytilenem inſulam vipera manu eius inuaſit: ſed nihil eum leſit: quin potius ipſam in ignem excuſſit. ¶ Refert aymo: ꝙ paulus a pullorū cantu vſqꝫ ad horam quintam labori manuū inſiſtebat: deinde predicationi reſiduo lucis vacabat. Reliquū tēporis comeſtioni ſomno ⁊ orationi expendebat. ¶ Veniens ergo romā cum nero nondum eſſet in imperio confirmatus: et etiam audito ꝙ de lege iudeorū ⁊ fide chriſtianorum inter paulum ⁊ iudeos queſtio vertebatur: non multū inde curauit: et ſic paul⁹ q̄ volebat libere ibat: et libere predicabat. Hieronymus etiā libro de viris illuſtribus ait: ꝙ paul⁹ ſecūdo anno neronis romam vinctus mittitur: et per biennium in libera manens cuſtodia aduerſus iudeos diſputauit. Deinde a nerone dimiſſus euangelium in occidentis partib⁹ predicauit: ac deinde romam redijt. Eius autem ſapientia ⁊ religio vbiqꝫ diuulgabatur: ⁊ ab omnibus admirabilis habebatur. Multos etiam de domo ceſaris ſibi in amicitiam copulauit: et eos ad chriſtum cōuertit. Cum ſeneca neronis p̄ceptore ſingl'arē amicitiā habuit: eiqꝫ plures epiſtolas direxit: ⁊ ab eo ſuſcepit. Quedā etiā ſcripta eius coram ceſare recitata ſunt: et mirabiliter commendata. Senatus etiam de illo nō mediocria ſentiebat. ¶ Quadam die cum paulus in ſolario circa veſperas predicaret: pincerna neronis nomine patroclus iuuenis imperatoris dilectus: vt paulum propter multitudinē commodius audiret: feneſtram aſcendit: vnde dormitans cecidit: ⁊ fractis ceruicibus expirauit. Quod audiens nero plurimū doluit: ⁊ aliū ſibi in officium ſurrogauit. Paulus vero per ſpiritum hoc cognoſcens: iuſſit defuncti corpus ſibi deferri. Quem allatū continuo ſuſcitauit: et ad ceſarem cum ſocijs ſuis miſit. Nunciatur imperatori patroclū pre forib⁹ aſtare. Qd̄ nero audiēs expauit: eūqꝫ ad ſe igredi recuſauit: ſꝫ tandem ſuaſus ab amicis intrare permiſit. Et interrogans an viueret: illeqꝫ dum ſe vere viuere diceret: et a domino ieſu chriſto ſuſcitatū perhiberet: qui eſt rex omnium ſeculorum: qui et deſtruet omnia regna mundi: et ſolus in eternum regnabit. Nero eidem alapam dedit: interrogans an illi regi militaret. Cum autem Patroclus et alij quinqꝫ milites ſe chriſto domino militare dicerent: iuſſit Nero illos in carcerem trudi: vt nimium torqueret: quos nimis ante dilexerat. Omnes quoqꝫ chriſtianos fecit inquiri: et ſine interrogatione per varia tormenta puniri: inter quos paulus vinctus ad neronem adductus eſt. Cum autē nero ipſum

interrogaſſet: cur milites ſuos ſibi ſubtrahe-
ret. Reſpondit paulus: nedum ex vrbe ſed vni-
uerſo orbe milites regi xp̄o cōgregaſſe: qui tā-
te extat potentie: vt iudex omniū veniat: ⁊ mū-
di machinam per ignem reſoluat. Hec audiens
Nero ira ſucceſſus: quia mundū per ignem pau-
lus dixerat reſoluendū oēs xp̄ianos iuſſit igne
cremari. Paulum xō vti reuz maieſtatis capite
truncari. Et cum multi chriſtiani romani occiſi
eſſent: paulus cum furore ad palatium irruit:
⁊ contra ceſarem inclamare cepit: vnde impera
tor timēs edictum mutauit: vt nullus xp̄ianos
tāgeret: donec de illis plenius iudicaret. Qua
propter paulus iterū neronis conſpectui pre-
ſentatur: quē nero turbatus et exclamans ſine
mora decollari iuſſit. Paulus xō eidem predi-
xit: ꝙ modico tempore patiens chriſto eterna-
liter viueret. Et in huius certitudinē promiſit
apoſtolus: ꝙ abſciſſo ſibi capite viuus ceſari ap
pareret: vt ſic chriſtum dominum vite ⁊ mortis
intelligeret: ⁊ his dictis ad locum ſupplicij du
cebatur. Cum autem tres milites ſcilicet lon-
ginus: megiſtus: ⁊ aceſtus eum interrogarent:
quis eſſet ille rex: quē paulus tantū diligeret:
vt pro ipō mortē libēter ſubiret. Paulus eiſdē
xp̄m annunciauit: ⁊ ad fidē conuertit. Et que-
rentibus illis quomodo ſaluari poſſent: ordi-
nauit eiſdem: vt mane ad locum decollationis
eius venirent: ibiq; duos diſcipulos titum ⁊ lu
cam orantes inuenirēt: qui cauſa cognita illos
baptiſmatis vnda perfunderēt: ⁊ eterni regni
coheredes efficerent. ¶ Poſt hec cum ab alijs
militibus a nerone miſſis ad mortē pauli acce-
lerandā ipē ad ſuppliciū duceretur: paulus in
porta oſtienſi obuiauit plautille diſcipline ſue:
que alio noīe lemobia dicebat̄: que flens ſuis
ſe orationibꝰ cōmendauit: cui paulus velū: quo
caput eius tegebat̄: mutuo petijt: vt inde ocu-
los ſuos ligaret: ne mortē videns paueſceret:
ipm̄q; ſibi decollatus reſtitueret: qđ dum ei tra
didiſſet: ipam carnifices irridebant: quod pre
cioſum ei velū traderet: qđ ſibi mortuus mini-
me reddere poſſet. Cuz ergo ad locū paſſionis
veniſſet: ad orientē verſus ⁊ manibꝰ in celū ex-
tenſis diutiſſime cum lachrymis patria voce
orauit: ⁊ gratias egit. Poſt hec vale faciēs fra
tribus: oculos ſibi velo ligauit: ⁊ genua flectēs
collum tetendit. Sicq; decollatus ſpiritum
deo tradidit tertio kalendas iulij. Mox quoq;
caput eius a corpore exiliens: ieſus chriſtus:
qui ſibi tam dulcis in vita fuerat: et quem tam
crebro nominauerat: hebraice tertio clara voce
perſonuit. De eius quoq; corpore vnda lactis
vſq; in veſtimenta militis exiliuit: ⁊ poſtea ſan
guis manare cepit. In aere lux immenſa emi-
cuit: ⁊ de corpore odor ſuauiſſimus emanauit.
Caput autē abſciſſum tertio ſaltauit: et in vno
quoq; ſaltu fons de terra ſcaturijt: qui vſq; in
preſens manant in teſtimonium eius mirifice
paſſionis. ¶ Reuertentibus autem militibus
lemobia velum ſanguine cruētuz oſtendit: eiſq;
dixit: ꝙ eadem hora petrus et paulus vrbē in-
trauerant veſte preclara induti: ⁊ coronis radi
antibus ornati: pauluſq; iuxta promiſſum velū
ſibi reſtituerat comodatuz. Quo miraculo tres
milites conuerſi: adhuc magis in domino credi
derunt: et a tyto et luca baptizati ſunt: vt infra
in eorum paſſione dicetur ſexto nonas iulij.
¶ Audiens xō que contigerant vehemēter ex-
timuit: et de his cū amicis loqui cepit. Et ecce
paulus ianuis clauſis ante ceſarem ſtetit: ſeq;
viuentem iuxta promiſſum aſſeruit: ſed neroni
eternam mortez comminatus fuit: ⁊ his dictis
diſparuit. Nero autem ex timore nimio velut
amens amicorum conſilio patroculuz ⁊ omnes
vinctos chriſtianos abſoluit: et liberos abire
permiſit. ¶ Caput autem pauli in quadā valle
proiectum eſt: pre multitudine ibidem decolla-
torum inueniri non potuit. Corpus autem a ti-
to et luca in ipſo loco ſepultum fuit. Cum autē
poſt decurſum temporis fouea mundaretur:
quidam paſtor caput pauli in virga leuauit: et
iuxta caulas ouium pro ſigno poſuit: viditq;
ſuper caput per tres noctes continuas miram
refulgere lucem. ¶ Quod cum epiſcopo vrbis
nūciatum eſſet: chriſtiani putantes hoc eſſe ca-
put apoſtoli: egreſſi omnes cum pontifice ca-
put attulerunt: ⁊ hanc ſententiam condixerūt:
vt caput ad pedes corporis poneretur: et diui-
na clementia implorata: ſi caput pauli eſſet: cor
pus miraculoſe conuerteretur: et collum capi-
ti iungeretur. Et ecce cunctis orantibus ⁊ ſtu-
pentibus corpus ſe vertit: et in ſuo loco capiti
ſe coniunxit. Et ſic omnes deuz benedixerunt:
et hoc eē caput apoſtoli veraciter cognouerūt.
Hec Dionyſius.

## ¶ De ſanctis martyribus Marcello et Anaſtaſio. Cap. xxiiij.

Marcellꝰ martyr vna cū anaſtaſio viro militari apud caſtrum argetomaceñ. pro fide chriſti comprehenſus: ⁊ in confeſſione dñi vterq; ipſorū inuictiſſimꝰ inuentus ab infidelibꝰ capite plexus eſt. iiij. kalen. iulij: vt dicit ado.

## ¶ De ſancto Caſſio epō. Cap. xxv.



Caſſiꝰ epiſcopꝰ narnieñ. apud eādē vrbē claruit tēpe totille regis gothorum qui prefato regi narnium veniēti occurrit. Cui quia ex natura facies rubere conſueuerat. Hoc rex totilla nō cōſperſionis eē credidit: ſʒ aſſidue potatiōis

eumq; idcirco deſpexit. Sed deus omnipotēs: vt quātus eſſet: qui cōtēnebatur oſtenderet: cōtinuo in campo narnienſi: vbi rex erat: corā omni excercitu malignus ſpiritus ſpatarium eius inuaſit eumq; vexare crudeliter cepit. Qui cū ante regis oculos ad ſanctum epiſcopum eſſet adductus: hūc ab eo vir domini facto ſigno crucis expulit qui in eum ingredi vlterius non' preſumpſit. Sicq; ab illo die rex barbarus virum dei cepit venerari ex corde: quem deſpectū prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hoſtias deo offerebat: & omnia que habere poterat: in elemoſynas pauperum tribuebat. ¶ Quadā ꝟo nocte dominus per viſum cuidam eius pſ̄bytero apparuit eiq; dixit: vt ad epiſcopum ꝑgens diceret: quatenus ea que ceperat ageret: nec ab inchoatis deſiſteret. quoniam in natale apoſtolorum ad ſe veniret: & tunc ſibi mercedē ſuam redderet. Sed quia dies apoſtolorum vicinus erat: preſbyter epiſcopo indicare viſionē timuit. Alia nocte chriſtus iterum rediit: & inobedientiam preſbyteri increpans: iuſſa iterum impoſuit. Sed dum preſbyter pergeret: & epiſcopum infirmatum audiſſet: iterum viſionem referre diſſimulauit: viſione igitur tertia dominus apparuit: verbera verbis addidit: & preſbyterum tam diſtricta cede mactauit: vt vulnera liuoris corporaliter impreſſa viſionem per ſpiritum habitam confirmarent. ¶ Veniens autē preſbyter ad eccleſiam ſancti iuuenalis epiſcopum celebraturum inuenit: eumq; ſecretius vocans viſionem aperuit: & vulnera verberibus inflicta monſtrauit. Quod ſanctus audiens ex illo iam die lucra pietatis perauxit: verum cum ſibi conſuetudo eſſet annis ſingulis die apoſtolorum natalitio romā venire: hac viſione ſuſpectus tunc venire iuxta morē noluit. Eiſdemq; diebus quaſi de ſua nece ſecurus ſolicit⁹ fuit. Sicq; reuoluto poſtmodum anno et deinceps annis ſingulis vſq; ad ſeptimum: eo ipō tempore in mortis ſue expectatione ſuſpenſus fuit. Iam quoq; quodāmodo de viſionis veritate deſperauerat. Cum ecce anno ſeptimo dū ſacras apoſtolorū vigilias incolumis celebraſſet: dolor eum corporis in vigilijs attigit: atq; in die apoſtolorum celebrare poſſe recuſauit. Sȝ magna populi cōpulſus inſtantia: eccleſiā intrans vt potuit ſacrificiū obtulit: moxq; ad lectulum rediit. Et cū circūſtantes clericos diuinis colloquijs admoneret. Inter verba exhortationis terribili voce clamauit. Hora eſt: moxq; aſſiſtentibus ipſe ſuis manib⁹ linteū dedit: quod ſibi ex more morientiū contra faciē tenderetur: quo extēſo ipſe ſpm̄ emiſit. iij. kal. Iulij. Et ſepultus eſt in eccleſia ſancti iuuenalis: ad cui⁹ tumulum miracula crebra diuinitus fiunt. Hec Gregorius tertio dialogorum cap. ſexto & libro quarto. cap. lviij.

¶ De cōmemoratione ſcti pauli. Cap. xxvi.



Commemoratō ſancti Pauli apoſtoli ab eccl'ia celebraē pridie kal. Iulij nō ꝙ eo die paul⁹ apoſtolus fuerit paſſus: quia vt dictum eſt: paſſus fuit eodem die eiuſdem anni: quo & petrus apoſtolus occiſus eſt: vt tenēt expreſſe hieronym⁹ & multi doctores. Sed quia feſtū vtriuſq; apoſtolorum eadem die: quo ad officiū nō poterat celebrari & incōueniens erat: vt alter ipſorū careret officio ſingulari: ordinauit gregorius papa: vt ipā die qua paſſi fuerāt fieret: quo ad officium ſolennitas petri: & ſequēti die cōmemoratio pauli: tū quia petrus maior eſt dignitate: tum quia prior cōuerſione: tum q̄ primatū obtinuit rome: lȝ aūt petrus paulo ſit maior dignitate ī eccleſia militāte: nō tn̄ maior ſanctitate: nec etiā maior in gloria creditur eſſe in eccleſia triumphāte. vnde notādū ꝙ qn̄q; paulus dr̄ minor petro: qn̄q; maior: qn̄q; equalis. Reuera enim minor eſt dignitate: maior predicatione: equalis ſanctitate.

¶ De ſancta Lucina diſcipula. Cap. xxvij.



Lucina diſcipula aploꝝ ciuis nobiliſſima romana fuit que a beatis apoſtolis petro & paulo cōuerſa: baptizata: & docta de facultatibus ſuis multa ſctōꝝ neceſſitatibus miniſtrauit. Plurimos quoq; martyres in ſuo predio in quadā crypta ſepeliuit. Demū & ipā in ſancta xp̄i cōfeſſione virtutum opibus pollēs quieuit in xp̄o. Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres ſepelierat pridie kalen. Iulij.

¶ De ſancta Lucina martyre. Cap. xxviij.

Lucina martyr nobilis matrona romanorum tempore Diocletiani & Maximiani in vrbe claruit: que plurium ſanctorum martyrum corpora in predio ſepeliuit: inter que ſanctorum cyriaci: largi: et ſmaragdi: necnon beati ſebaſtiani cadauera honorifice cōdidit. Et ſanctis xp̄ianis pauperib⁹ multa de ſuis facultatibus miniſtrauit. Et poſt hec omnia de omni ſua facultate eccleſie romane donationē fecit. Quod vbi imperator maximian⁹ audiſſet: ipam ꝓſcriptiōe dānauit. Beata aūt lucina rogauit btm̄ marcellū vrbis rome epm̄: vt domū ſuā eccleſiā cōſecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicq;

lucina in exilium acta poſt diutinos agones in
pace requieſcēs felicē aiam dn̄o commēdauit.

¶ De ſancto Martiale epo. Cap. xxix.



MArtialis
diſcipulus xp̄i
⁊ ep̄s ſt pha=
ni prothomar=
tyris ꝯſangui=
neꝰ patre mar
cello ⁊ matre heliſabeth de tri
bu beniamin ortus: vnus fuit
ex ſeptuagintaduobus diſci=
pulis xp̄i: ⁊ a btō petro apo=
ſtolo baptizatꝰ. Hic em̄ ille puer fuiſſe dr̄: q̄ ha=
bebat. v. panes hordeaceos: ⁊ duos piſces: ex
quibꝰ dn̄s. v. milia hoīm in heremo ſatiauit: vt
dr̄ Joh. vi. Hic etiam in vltima cena domini cū
diſcipulis facta miniſter aſtitit: et cum xp̄s pe=
des diſcipulorum lauaret: ipſe aquā in peluim
famulatus officio miniſtrauit. Et poſt aſcenſio
nem domini beato petro in iudea quinq̄ annis
deinde in antiochia annis ſeptem adheſit: ⁊ cū
eodem anno quarto claudij romā venit: ⁊ anno
integro ſecum permāſit. Poſt hec beatꝰ petrus
a xp̄o ſibi apparente per viſionem admonitus.
Martialem eius diſcipulū miſit ad gallias pre
dicandas: eidemq̄ alpianū ⁊ auſtriclinianū co
mites aſſignauit: qui ordinatꝰ epiſcopꝰ ad par=
tes illas acceſſit: ⁊ duodecim angelis ſibi con=
tinue aſſiſtentibus galliarum oppida circuit: ⁊
per annos ſex lemouicen̄. prouincia p̄dicauit:
vbi ſex mortuos ſuſcitauit: cecos illuminauit:
claudos erexit: mutis loquelam tribuit: obſeſ=
ſos a demonibus liberauit: ⁊ alia multa ⁊ maxi
ma miracula perfecit: eccleſias in honore ſalua
toris: ⁊ dei genitricis: ⁊ ſancti ſtephani protho
martyris: ⁊ ſancti petri: ⁊ ſancti andree aplorꝫ
in ipſis partibus dedicauit: oēmq̄ idolorū cul=
turā ⁊ ſpurcitiā elimauit. Ingreſſus aūt oppi=
dum lemouicen̄. cū quendam freneticū nobilis
ſuſanne matrone filiū ſanaſſet: ipm̄ cū matre ⁊
ſorore virgine noīe valeria: ⁊ alijs ſexcentis ad
xp̄m cōuertit. Quē dum idolorum pōtifices de
tentum duro carceri mācipaſſent: oēs ipſi ictu
fulminis ſubito extincti ſunt. Ipſe vo luce de ce
lo diuinitꝰ illapſa ꝯfortatꝰ: ianuis quoq̄ carce
ris reſeratis eductꝰ eſt. Cū aūt inſtātia populi
ſacerdotes tēplorū fulmine perēptos ſuſcitaſ=
ſet: ipiq̄ eorū: que in alio ſeculo viderant: teſti=
moniū ꝑhiberēt: tam ipi oēs: q̄ alia multitudo
gentiliū numero. xxij. milia dn̄o crediderunt.
¶ Mortua aūt ſuſanna p̄dicta: valeriā eius fi=
liam deo virginē dedicauit: que cū a ſtephano
duce aquitanie in cōnubiū poſtulata: eidē nube
re nollet: ab eodē tēta ipiuſq̄ iuſſu decollata ē.
Statimq̄ corpꝰ trūcū caput manibꝰ ſumēs vſq̄
ad altare: in quo ſanctꝰ ep̄s miſſam celebrabat:
ſtupētibus cūctis acceſſit: ⁊ ibidē cadēs expi=
rauit. Sed ⁊ virginis percuſſor angelos vidit:
eius ad celos animam deferentes. Que cū oīa
carnifex duci ſtephano nunciaſſet: ⁊ ꝯfeſtim co
ram illo corruens expirauit. Martialis vo li=
ctorem mortuū ſuſcitauit: ⁊ ducem cum quinde
cim militibus virorum ad xp̄m conuertit: qui ec
cleſiam ſancte valerie fabricauit: ⁊ ipam honori
fice ibidē tumulauit. ¶ Poſt hec autē martia=
lis ad beatum petrum reuiſendum romam per
rexit: ⁊ cum eo iam ſene per aliquod ſpatiū tem
poris cōmoratus eſt: inde ad eccleſiam ſuā re=
dijt. Et dum eſſet in itinere: quidā hildebertꝰ
comitis archadij filius a diabolo in flumine ꝓ=
iectus ⁊ necatus eſt. Quem ſanctus martialis
a mortuis excitauit: ⁊ tres demones: qui eum
prefocauerunt in ſpecie nigrorum ethiopū oſtē
dit: multoſq̄ cōuertitit. ¶ Deinde in ciuitate le
mouicenſi: mulier quedam virum ſuum paraly
ticum baculo viri ſancti tetigit: qui mox incolu
mis ſurrexit. ¶ Idem etiā baculus in vrbe bur
digallenſi multis domibus igne flagrantibus
incendio oppoſitus flammas continuo ac peni
tus excuſſit. Multaq̄ ⁊ maxia alia miracula p
eum deus oſtendit. Tandē ante dies. xv. exitus
ſui xp̄o dn̄o ſibi apparēte: ⁊ ipm̄ ad regna cele=
ſtia vocāte ad eccleſiā perexit: miſſaq̄ celebrata
pp̄lm de oībus docuit ⁊ vale faciēs fratribꝰ in
pace q̄euit pridie kal. Julij. Anno a paſſiōe do
mini. lxxiiij. veſpaſiani vo auguſti anno. iij. ep̄a=
tus autē ſui. xxviij. Qui et lemouice quieſcit et
multis virtutibus ⁊ ſignis pollet.

¶ De ſctīs alpiniano ⁊ aſtriclinia=
no preſbyteris. Cap. xxx.

ALpinianꝰ ⁊ aſtricli=
nianꝰ preſbyteri diſcipuli ſancti
martialis ⁊ eiuſdē cooperatores p̄
dicationis multa tp̄e extiterant.
Et tam ſermonū q̄ ſignorꝫ gloria
nō mediocriter claruerunt. Qui ⁊ p̄dicationis
officio fidelr̄ peracto apud eādē ciuitatē lemo
uicen̄. in dn̄o quieuerūt. Quorū feſtū recolitur
pridie kal. Julij: vt ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Aaron ſacerdote. Cap. xxxi.



AAron ſa
cerdos primꝰ
⁊ pontifex ſm̄
legem frater
moyſi filiꝰ am
ram de tribu Leui ⁊ iochabel
eius cōiugis qui inter patres
ſcōs veteris teſtamēti eccl'ia=
ſtici. xlv. plurimū cōmēdatur:
pp̄lm iſrael de terra egypti
vna cum germano eduxit: ⁊ coadiutor ducatus
moyſi per. xl. annos in heremo fuit. Ipſe em̄ vti
eloquētiſſimꝰ a dn̄o datꝰ eſt moyſi: qui erat im=
peditꝰ in lingua: vt eſſet os eius ad pp̄lm: do=

minus eim̄ moyſi precipiebat: ⁊ ipſe aaron verba dei narrabat: atq; populo vel pharaoni ex ore moyſi cuncta quaſi internūcius referebat. Sicut habetur exodi.iiij.capi. Ipſe etiā moyſe pharaoni aſtitit: et ſigna dei oſtendit. Nam et prima tria ſigna plagarū: quibus egyptus percuſſa eſt: per manum aaron dn̄s fecit. ¶ Poſtꝙ autem populus iſrael mare rubrum tranſiuit: vt hec omnia copioſius in geſtis moyſi tractabuntur pridie non̄. ſeptembris. Et moyſes in montem ſinai iuſſu domini legem accepturus aſcendit: vbi ⁊ dieb⁹.xl. ſine cibo corporeo permanſit: cum moyſes in monte moram faceret redeundi: populus impatiēs deos itineris duces ab aarō ⁊ hur: quos ille ſui loco reliquerat inſtanter poſtulauit. Quibus hur reſiſtens ſputis ab ipſis (vt dicitur) ſuffocatus eſt: vn̄ aaron timore coactus eſt aurū ⁊ argentū eorū petijt: que in ignē proiecit: ⁊ egreſſus eſt vitulus conflatilis iſtar bouis: quē in egypto adorauerāt. demone opere hoc agente: quem ⁊ populus ſolennizans: ⁊ hoſtias offerens adorauit. Quod cum dominus moyſi reuelaſſet: ⁊ populi diſperſionem cōminatus eſſet: moyſes pro populo interceſſit: ⁊ placato domino de monte deſcēdit: viſoq; tāto ſcelere: tabulas legis ſibi a domino datas indignatus confregit: vitulū quoq; cōbuſſit: puluerem q; in aquam conſperſit: ⁊ ex ea populo potu3 dedit. Cunq; vt tradit ioſephus auctores ſceleris cognouiſſet: ex colore auri potati: qui miraculoſe apparuit in barbis eorum filios leui ſibi ad vltionem adiunxit: et ex illis quaſi viginti tria milia occidit. Cunq; accuſaret aaron: ꝙ populum exaudierat: ille ſe excuſauit pertimuiſſe populum: quia pronus erat ad malum: hoc exodi.xxxij.capi ¶ Poſt hoc vt habet Leuiti.ix. moyſes de mandato domini aaron ⁊ quattuor filios eius: nadab: abiu: eleazar ⁊ itamar: prius aqua lotos: oleo ſanctificationis perunxit ⁊ ſacerdotes ad miniſteria ſacrificiorum conſtituit. Quorum omniu3 aaron ſummus ⁊ primus fuit. Cui ſolo ſemel in anno tantū in ſancta ſanctorum ingredi licuit. Dies autem conſecrationis aaron et filiorum eius fuit dies octauus anni ſecundi egreſſionis filiorū iſrael ex egypto. Et cum aaron precepto domini hoſtiā in altari poſuiſſet ignis diuinitus adeo egreſſus ſacrificiū primitus inflammauit. Et ſeruatus eſt ignis iſte perpetu⁹ per generationes vſq; ad tranſmigrationē babylonis. Eadē die nadab ⁊ abiu filij aaron iā ſacerdotes ꝯſecrati: q2 igne alieno thus obtulerūt: igne diuino cōſumpti ſunt. Quos aaron et alij duo filij eius lugere prohibiti ſunt: propter vnctionis ſanctitatē ⁊ diuini iudicij reuerentiā: tamē ſepelierunt eos cognati eorū. ¶ Poſt hec aūt vt ſcribit numeri.xvi.ca. ⁊.xvij. cū chore filius iſuar fratris amarā vidēs fratrueles ſuos honoratos; alteru3 ſacerdotio alterum ducatu populi inuidit: ⁊ murmurans contra moyſen et aaron.ccl. de leuitis ſecum habuit: ⁊ dathan et abiron potiores rubenitarū ſibi adiunxit: ⁊ ſeditionē in populo excitauit. Quos omnes miraculoſe cū vxorib⁹ ⁊ filijs et familijs ac omni eorum ſupellectile terra ſe aperiēs abſorbuit: ꝓpter quod populus in furorē excitatus moyſen ⁊ aaron vti multitudinis interfectores lapidare voluit. Eiſq; ad tabernaculu3 fugientib⁹ ignis a domino egreſſus populu3 deuorare cepit: ⁊ quattuordecim milia ac ſeptuagita de populo interfecit. Tunc aaron ad ſuggeſtionem moyſi: tollens thuribulum hauſit ex altari ignē diuinum: ⁊ poſito thymiamate cucurrit cito ad populum: ſeq; inter viuos ⁊ mortuos incendio oppoſuit: et pro eis orauit: confeſtimq; plaga ceſſauit. ¶ Adhuc autem non ceſſante tumultu ſuper ſacerdotio aaron: eo ꝙ dicerent filij iſrael etiam ex alijs tribubus dignos reperiri: qui ſacerdotio fungerentur: tulit moyſes ex mandato domini duodecim virgas: a principibus duodecim tribuum: et in vnaquaq; ſcripſit nomen principis et tribus ſue. Nomen aūt aaron ſcripſit in virga leui: quas compoſuiſſet in tabernaculo coram domino: ſequenti die inuenit virgam aaron germinaſſe: et amigdala cum folijs produxiſſe. Quo ſigno ordinante deo: aarō ſacerdotium firmiſſime poſſedit: que etia3 virga in teſtimoniu3 in tabernaculo repoſita fuit. ¶ Cum autem populus per annos quadraginta in deſerto fuiſſet: et domin⁹ moyſen ⁊ aaron ne terram promiſſam ingrederentur: decreuiſſet: eo ꝙ ipſum ad aquas contradictionis non ſanctificaſſent: vt habetur Numeri vigeſimo capi et dicetur in geſtis moyſi. Mandauit deus: vt Aaron pergeret ad populum ſuum. Qui aſcendit in montem or cum moyſe fratre ſuo: et Eleazar filio ſuo: vbi moyſes pontificem Aaron omni ſacerdotali cultu indutum exuit: et eleazar induit. Quo facto confeſtim Aaron in ipſo monte occubuit kalendas iulij vbi ſepulture eius adhuc locus oſtenditur. Et fleuerunt eum filij iſrael triginta diebus. Hec vnde ſupra: et ex dictis ioſephi et hieronymi: ex hyſtoria quoq; ſcholaſtica: necnon ex chronicis Builelmi.

## ¶ De ſancta maria ꝓphetiſſa. Cap.xxxij.



MAria ꝓphetiſſa ſoror aaron et moyſi intra numerum ſanctarum matrum veteris legis a ioſepho nō immerito computat̄: q2 vt ſacra ſcriptura Exodi.xv.ca. inuenire videtur: ſicut moyſes inter mares iſrael filios: ſic et Maria inter feminas pro ſuo modulo ducatum obtinuit: ex quo ſolo

ſanctificata fuiſſe videt. Nec eñ decens fuit: vt tãto populo quis in vtroq; ſexu niſi ſanctus preeſſet. Vñ ⁊ poſtq̃ ſubmerſo pharaone in rubrũ mare cũ omni exercitu ſuo: moyſes canticũ exametrorũ carminũ ſcilicet Cantemus dño. cõpoſuiſſet: ipmq; primo cum viris decantaſſet. Maria deinde chorũ mulierũ ducens: ſumpto muſicali tympano: canticũ ipm repetiuit: ⁊ dño provictoria laudes egit. ¶ Sed cuz poſt annos aliquot: vt habetur numeri. xij. Dum eſſent filij iſrael in deſerto in loco: qui dicit aſtaroth: ⁊ aaron ⁊ maria cõtra moyſen murmuraſſent: ⁊ ſe ei de ſanctitate pari iactaſſent. Iubẽte dño ipi tres ad oſtiũ tabernaculi acceſſerunt. Quibus deus in nube maieſtatis apparuit: et mariam lepra percuſſit. Que tñ poſt dies ſeptẽ moyſe pro ipa orãte: eaq; penitentiam agente: ſanata fuit: ⁊ aaron a dño veniã de cõtumelia poſtulauit. Anno xᵒ quadrageſimo egreſſionis filiorũ iſrael de egypto: populo adhuc p deſertũ agẽte: mortua eſt maria in cades: ⁊ ſepulta in monte ſin: quo autẽ die dormierit: expreſſum nõ habet: idcirco aaron fratri ſuo eius memoria copulat. Hec numeri. xx. et alijs locis qb' ſupra.

¶ De ſancto Eleazar ſacerdote. Cap. xxxiij.

Eleazar ſacerdos filius aaron: patri in ſacerdotiũ ſucceſſit: vt ſuperius dictum eſt. Hic eñ vt habet in libro ioſue in pluribus locis cum ioſue duce populi iordanẽ tranſiuit: terrã promiſſam acquiſiuit: ⁊ eam per ſortes duodecim tribus filiorũ iſrael mandato dei diuiſit: ſacrificia pro populo ſm legem a deo datã obtulit: ⁊ in tabernaculo dñi cũ filijs ſuis iugiter miniſtrauit. Et poſt obitũ moyſi modico tpe ppl'm rexit. Et poſt hec ſanctitate plenus in pace quieuit: et ſepultus eſt in gabaa: que data fuerat ſibi ⁊ filijs eius in mõte effraim. Hic ⁊ ſi non expreſſe: tamẽ ſatis tacite inter ſctõs patres eccleſiaſtici. xlv. numeratur: vbi patris premiſſis laudibus: phinees filius eius terti' in gloria nominat: vt ſic inter ſacerdotes glorioſos primus ⁊ tertius expreſſe: ſecũdus xᵒ tacite numeratus intelligatur.

¶ De ſancto Phinees ſacerdote. Cap. xxxiiij.



Phinees ſacerdos eleazar ſucceſſor et fili' eccleſiaſtici. xlv. cap. ⁊ primo machabeoruz. ij. inter ſanctos patres veteris teſtamenti cõmemoratus eſt. De quo illud memorabile habetur numeri. xxv. q cum populus iſrael moraret in ſethim: ⁊ multi ex ipis cũ filiabus moab fornicationi eſſent: ⁊ ad ſuggeſtionem earum beelphegor deo iparum ſacrificia obtuliſſet: eoſq; moyſes de culpa redargueret: zarabri princeps tribus ſymeon: qui filiam cuiuſdam madianite in cõiugẽ acceperat nomine chorbi corã oñibus profeſſus ſe alienigenam cognouiſſe: et idola coluiſſe: nec legi: quam moyſes populo impoſuerat obnoxiũ eẽ: ⁊ ſpectãte omni populo: ac flente ingreſſus eſt tabernaculũ mulieris. Surgẽſq; phinees arreptoq; pugione ingreſſus eſt poſt illum in lupanar: ⁊ perfodit ambos inſimul coeuntes in locis genitalibus: et ceſſauit plaga que ĩ populo preceſſerat: ⁊ vigintiquattuor milia extixerat. Et quia phinees zelo legis nimio vindictã dei in peccatorem virũ exegit. Idcirco dñs eidem ⁊ ſemini eius ſacerdotiũ in eternum conſtituit: qui ⁊ cum patre eleazar promiſſionis terrã intrauit: ⁊ ei in ſacerdotiuz ſucceſſit: ⁊ glorioſus meritis ⁊ fama laudabilis: in pace quieuit: in ſepulchro paterno tumulatus.

¶ De ſanctis Aaron ⁊ Iulio ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xxxv.

Arõ ⁊ iulius vrbis legionũ: que eſt ciuitas in britannia ciues ⁊ alij plures martyres vtriuſq; ſexus in eadem ciuitate paſſi ſunt ſub perſecutione diocletiani ⁊ maximiani qui propter multa et inſignia miracula: que in paſſione beati albani martyris oſtenſa ſunt: vt ſupra in eius paſſione actum eſt: vndecimo kalen. iulij cõuerſi ſunt ad chriſtũ: et pro eiuſdem fidei ac confeſſionis gloria: ⁊ ipſi ab infidelib' martyriũ paſſi triumphatorũ celeſtium numero ſociati. kalen. iulij.

¶ De ſctõ Theobaldo ꝯfeſſore. Cap. xxxvi.

Theobaldus cõfeſſor ex gallia oriundus tempore henrici imperatoris ſecũdi: et hẽrici francorum regis claruit in partibus ipis. Qui magnus ac potens mundo abrenũcians ſeculo ⁊ diuitijs heremiticã vitam duxit. Quadam vice cum quibuſdã ſocijs iter agẽs: vidẽs comites fame ac ſiti fatigatos: cũ tam eſcis q̃ potu carerẽt ad deum orauit: ⁊ panem ſibi a domino preparatũ ſubito in via repperit. De quo ſe ⁊ ſocijs ad ſatietatẽ cibauit. Deinde vas qd̃ pdĩc vino fuerat oĩno vacuatũ apportari fecit: ipmq; diuinitus vino repletũ inuenit: qd̃ infuſum cũctis abũdãtius ad poculũ ſatiſfecit. De reliquijs xᵒ tam panis q̃ vini peregrinos plures: q eius audita fama de mediolano ad ſe venerant: diebus plurib' ſatiauit. Nec tamen ipe reliquie conſumpte fuerunt: quin potius ad ſatietatem tam ſui q̃ fratrum ſuorũ per tres hebdomadas ſuffecerunt. His ⁊ alijs clarus virtutibus: quieuit in pace kalen. iulij.

¶ De ſancto Carilepho cōfeſſore. Cap. xxxvij.

Carilephus confeſſor ſocius ſancti adiuti abbatis tēpore childeberti ⁊ lotharij regū francorū claruit. Hic in auernenſi territorio claris parentibus ortus: litterarū gratia ad monaſterium menateñ. miſſus. Ibiq͡ʒ monachus factus eſt: vbi aliquo tp̄e manſit ſanctitate repletus. Deinde heremiticā vitā ducere cupiens: vna cū ſancto adiuto ſocio ſuo de cenobio clādeſtine diſceſſit. Deuenerūtq͡ʒ ad ſuburbiū aurelianeñ. ⁊ ad ſanctū maximianū abbatē ſe cōferent eo: cū eodē aliquot menſib⁹ demorati ſunt. Poſt hec indenſiores ſiluas in loco qui dicit̃ piciac⁹: nūc aūt cella ſcti adiuti vocat̃: locellū cōſtruxerūt: vbi plurib⁹ annis manſerūt: vt dictū eſt ſupra in vita ſancti adiuti. vi. kal'. februarij. verū carilephus cupiens vitare famā q̄ ſā de ſanctitate ambo⁊ ad aures regias delata fuerat. Adiutū deſeruit: ⁊ iteriora heremi apō cenomaneñ. vrbē cū Daumero cōmilitone ſuo petijt: tandēq͡ʒ ad locū vocabulo caſſagallā ſitū in pecia labroſineñ. diuertit: vbi multo tp̄e deo ſeruire curauit. Et cū mulierē oīno ſe nōviſurū ꝓpoſuiſſet: mulier quedā vaga ⁊ lubrica coma preciſa habituq͡ʒ virili induta monaſteriū eius ſe virū ſimulās incognita ſctō ingreſſa eſt. Qō dū ꝑ oīa ambitioſa curioſitate luſtraſſet: oculi eius ex capite ꝓtinus deciderūt. Que dū petm̄ cōfiteret̃. ⁊ penitentiā egiſſet: ſctō pro ea intercedēte corꝑe ſanata ⁊ aīo redijt emendata. Hic etiā obitū ſuū ſibi a dño reuelatū fratrib⁹ predixit: ⁊ die qua predixerat in pace quieuit: videlicet kalendas iulij. Sepultuſq͡ʒ eſt in cenomaneñ. ciuitate miraculis clarus.

¶ De ſancto Pambone abbate. Cap. xxxviij.



Pambo abbas: vt dicit heraclides. Cu⁊ ſine litteris eſſet ad quendam acceſſit: vt ab eo pſalmum aliquē diſceret. Qui cū audiſſet principiū pſalmi xxxviij. Dixi cuſtodiam vias meas: et nō delinquā in lingua mea. ſcdm verſum audire recuſauit: dicēs ꝙ primus ſibi ſufficeret: dum tamen illū adimplere poſſet. Et poſt menſes. vi. reuerſus ad magiſtrum. Interrogatuſq͡ʒ ab eo: cur tm̄ diſtuliſſet reſpōdit: ꝙ verſum quē didiſcerat: nōdum implere potuerat. Poſt multum ꝟo tempus retulit cuidam alteri: ꝙ annorum. xlix. eſſet: ⁊ vix adhuc dictum illud pſalmi implere potuiſſet. Deſcendens alexandriam de ſythi vidit mulierem theatricam: et amare fleuit dicens ſe flere et propter mulieris perditionē et propter ſui ipſius negligentiā: quia non tm̄ ſtuduerat deo placere: quantum illa hominibus. Theophilo epiſcopo cum adeunti; ⁊ ab ipo edificari querenti reſpondit: ꝙ ſi ſua taciturnitate non edificabat̃: neq͡ʒ ſermone edificari poſſet. ¶ Huic ſancta melania de qua dicetur in. xi. kalen. nouembris tricentum libras argēti obtulit: quas ille per eutemium diſcipulum ſuum pauperibus dari iuſſit: vt ait hieronymus. Qui poſtmodum ſportellam palmis conſuit; et melanie in ſui memoriale tradidit: dicens ſe nullum aliud habens; quod ſibi dare poſſet. Quam ipſa poſt eius obitum omni tempore quaſi pro magnis reliquijs reſeruauit. Hic etiam nulla febre vel egritudine correptus ad extrema deuenit. Et hora mortis ſue aſtantibus dixit: ꝙ ex quo heremum intrauerat: nec panem comederat; nec ſermonis: de quo locutus fuiſſet: aliquando eū penituerat: ⁊ tamen ſic ad deum ibat quaſi adhuc initium non feciſſet ſeruiendi domino. Et requiſitus an eſſet bonum laudare proximum virtuoſum reſpondit: ꝙ melius eſſet tacere. Hec heraclides ⁊ in vitis patrum. Quieuit autem in domino vir ſanctus kalen. iulij.

¶ De ſancto Dominiano abbate. Cap. xxxix.

Dominianus abbas in territorio lugduneñ. ſanctitate vite inſignis claruit. Qui primus illic heremiticam vitam exercuit: plurimoſq͡ʒ ſibi in dei ſeruitio aggregans magniſq͡ʒ virtutibus ⁊ glorioſis miraculis clarus collectus eſt ad patres in ſenectute bona kalen. iulij: hec ado.

¶ De ſanctis martyribus Proceſſo et Martiniano. Cap. xl.



Proceſſus et martinianus martyres paſſi ſunt rome imperante nerone. Cū em̄ nero imperator beatos apoſtolos petrum ⁊ paulū tradidiſſet paulino viro clariſſimo magiſtro militum. Paulino eos recluſit in cuſtodia mamertina ſub monte tarpeio ſub cuſtodia militū ꝓceſſi ⁊ martiniani ⁊ alio⁊ xlix. quos oēs beati apoſtoli ad xp̄m ſua predicatione cōuerterunt: ⁊ producto fonte de ſilice ſaxeo: eos ibi baptizauerunt: vt ſupradictū eſt in paſſione militū. xlix. pridie idus martij: ⁊ in paſſiōe petri apoſtoli. iij. kal'. iulij. Cū aūt apoſtoli in ipo carcere menſes. ix. fuiſſent: a ſctis militibus dimiſſi ſunt. Cūq͡ʒ vir clariſſimus paulinus audiſſet ꝓceſſu⁊ ⁊ martinianū baptiſmū ſuſcepiſſe: ⁊ apoſtolos dimiſiſſe: iratos eos teneri fecit: ac ſibi preſentari. Cū autē eos ad ſacrificia ſuaderet: ⁊ illi ecōtra: xp̄m dñm ſolum deū profiterent̃. Iuſſit paulinus ora ipſorū lapidibus contūdi. Deinde ſtatuā auream iouis

afferri: vt ei thura incenderent. Tuncq; ſancti milites in ſimulachrum conſpuiſſent: precepit eos paulinus in equuleo ſuſpēdi: ⁊ attrahi neruis: ac fuſtibus cedi. Deinde circa eorū latera flammas apponi: et poſt hec ſcorpionibus macerari ſub voce preconia: ne principiſ precepta contēnerent. Eademq; hora paulinus oculum ſubito amiſit: ⁊ pre dolore quaſi inſaniens: eos equuleo depoſitos in cuſtodia mamertina vinciri mandauit. Quibus lucina apoſtolorum diſcipula miniſtrabat. Poſt triduuʒ vō paulinus arreptus a demonio expirauit. Tuncq; filius pomponius rem geſtam cum clamore ad palatiuʒ detuliſſet. Iratus nero iuſſit ceſario vrbis prefecto: vt eos celerius occidi faceret. Qui fecit ſanctos de cuſtodia eijci: ⁊ foras muros via aurelia duci: atq; ambos ibidem capitibus amputari: et corpora eorum canibus derelinqui. Sed beata lucina illa noctu collegit: et in arenario iuxta locum: vbi decollati fuerant: ſepeliuit. vi. nonas iulij.

¶ De ſanctis Longino Megiſto ⁊ Aceſto martyribus. Cap. xli.



Longin⁹ megiſt⁹ ⁊ aceſtus milites a beato paulo apoſtolo cōuerſi ſunt: cum ad decollationem duceretur: vt ſupra dictuʒ eſt. iij. kalē. iulij in eius paſſione. Qui iuxta quod paulus eis impoſuerat: die ſequenti paſſionis illius ad ſepulchrum pauli venerunt: ⁊ duos diſcipulos: videlicet titum et lucā orantes inuenerunt: et in eorum medio paulum ſtantem viderunt: quos diſcipuli illi videntes territi fugiebant: pauloq; mox diſparente: milites illi poſt eos clamabant: ꝙ non vt eos caperent: perſequebantur: ſed vt ab eis baptiſmū ſuſciperent: ſequebanť: paulumq; in eorum medio ſe vidiſſe teſtantur. Hec illi audientes reuerſi ſunt: eoſq; cum gaudio baptizauerūt: qui poſt duos dies a nerone detenti: et pro chriſti nominis confeſſione capite ceſi ſunt. vi. nonas iulij.

¶ De ſanctis Ariſtone ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xlij.

Ariſto: creſcentian⁹: eutychianus: vrbanus: vitalis: iuſtus: feliciſſimus: felix: maria: et ſymphoroſa martyres oēs apud campaniam pro fidei veritate: et chriſtiani nominis aſſertione glorioſo martyrio coronati ſunt. vi. nonas iulij: vt ait ado ex hieronymi martylogio.

¶ De tranſlatione ſancti Thome apoſtoli. Cap. xliij.

Tranſlatio corporis ſancti thome apoſtoli facta eſt tempore alexandri imperatoris. Cum enim idem imperator rediret victor de perſide p̄lio xerxe rege deuicto: ſupplicarunt ei ſyri: vt mitteret ad regulos indorum quatenus corpus beati thome redderent ciuibus ſuis. Quod idem imperator ꝗuis gētilis: propter victorie tamē gloriā eiſdem libēter cōceſſit. Sicq; factū eſt: vt tranſlatū eſſet corpus beati apoſtoli de india: et poſitum in ciuitate edeſſa in locello argēteo: quod pendet ex argēteis cathenis: in qua ciuitate nullus hereticus iudeus: vel idolorum cultor viuere poteſt. Sed nec barbari eā aliquādo inuadere potuerūt: ex quo abagarus rex ipſius vrbis epiſtolam manu ſaluatoris ſcriptā accipere meruit. Si quando gens aliqua contra eandem ciuitatē venit: die qua lecta fuerit epiſtola per puerum ſuper murum: eadem die hoſtes territi fugiunt: aut pacati recedunt: tam ſaluatoris ſcripti: ꝙ oratione beati thome apl'i. Et celebrať ipſius tranſlationis feſtū. v. nonn. iulij. ¶ Fertur: ꝙ in vigilia feſti beati thome ſingulis annis oī clero ⁊ populo ac peregrinis ad eius eccleſiā conuenientibus celebrantur veſpere: ⁊ patefacto tumulo ſancti corporis: archiep̄us edeſſen. dū inchoat antiphonā ad magnificat. O thoma didyme ⁊c. Palmitē aridum vitis ponit in manu apoſtoli: et completis veſperis clauditur ſepulchrum. Mane autem iterum omnibus cōcurrentibus apertoq; tumulo inuenitur palmes in naturali viriditate produxiſſe racemū vue diuinitus: de quo tantum vini liquatur in calice: ꝙ ea die archiepiſcopus ex in ipſo cōficit ſanguinem ieſu chriſti. Hoc audiui a fide dignis.

¶ De ſancto gregorio epiſcopo neoceſarien. Cap. xliiij.



Gregori⁹ neoceſarie pōti ep̄s alio noīe primo vocatus theodorus: origenis diſcipulus tēporibus valeriani ⁊ galieni imperatorum doctrina clara mirificus refulſit. Signa quoq; et miracula de eoʒ laude eccleſie perhibenť. ¶ Cum enim pro captura piſcium ſtagni communis: germani duo adinuicem armis et effuſione ſanguinis decertarent: orante gregorio: aqua ſtagni repēte abſorpta arentē campū frugibus copioſum: ac vtiliorem germanis iam cōcorditer diuidendū dereliquit. Verū dū eccleſia in quodā loco artiſſimo inter montem ⁊ fluuium poſito conſtrui deberet: et ſpatium ſufficiens nō eſſet: ipo ſancto in orationibus perno

etante: mane facto inuēta eſt rupis tāto ſpacio loco ceſſiſſe quātum erat cōpetens ꝓ ipſa eccleſia fabricāda. ¶ Alio tēpore cuꝫ in alpibꝰ iuxta phanum idolorum hoſpitatus eſſet: ſacerdos ab idolo nullū poterat habere reſponſum. Cui per noctem demon in ſomnis apparuit: eiqꝫ dixit: ꝙ preſente gregorio nullatenus loqui poſſet. Qui mane gregorium obſecrat: vt deū ſuuꝫ loqui permittat. Gregorius autē demoni epiſtolam mittit: ⁊ vt more ſolito reſpondere debeat permiſit. Sicqꝫ idolum reſpōdere cepit: vnde ſacerdos virtute dei in ſancto viro cognita ad chriſtum cōuerſus ⁊ ab eodem baptizatus: intantum profecit: ꝙ gregorio in epiſcopatu ſucceſſit. Quieuit in pace vir domini. v. noñ. iulij. ¶ Hic plurima opuſcula fidei catholice expoſitionem compilauit. Sup eccleſiaſtes libro metaphraſim magnificētiſſime opus breue: ſꝫ perutile ꝓtulit. Ad origenē ſcripſit panegyricum: quē eo pſente vocataqꝫ multitudine recitauit. Uulgo ⁊ alie plures ⁊ ipſius feruntur epiſtole. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Gregorio epiſcopo lingonieñ. Cap. xlv.



GRegorius lingonieñ. epiſcopus ex ſenatoribꝰ auguſtudunenſibꝰ ortus regionē illā quadraginta ānis ſumma iuſticie ſeueritate correxit. Hic habuit vxoreꝫ armentariā: de qua filios ꝓcreauit. Poſt cuius obitum epiſcopus eligił lingonieñ. In quo epiſcopatu ſanctiſſimā vitaꝫ duxit ſub panibus triticeis panē ordeaceū comedens: et aquam vinū ſolūmodo coloratam. Qui etiam a ſancto benigno epiſcopo ſibi apparēte commonitus eccleſiam ſupra tumulū eius edificauit. In qua per noctes orans voces angelicas concinentes frequēter audiuit. ¶ In obitu ꝟo ipſiꝰ ſancti viri: quidam vidit celos apertos: vultus quoqꝫ eius ſicut roſa rubeſcebat: caro ꝟo vti lilium candebat. Corpus autē eius iuxta corpus ſancti benigni collocatum eſt. Quod dū ſepulture tradereł: trabes in quibus pedes victorū aſtricti tenebanł conſciſſe ſunt: ⁊ captiui liberati: qui videlicet eiuſdem ſancti dum exequie illac tranſirent auxiliū obnoxius poſtulabant. Sepultus quoqꝫ eſt in eccleſia lingonieñ.

¶ De ſancto Heliodoro epō. Cap. xlvi.

HEliodorus epiſcopus altinieñ. vir magne ſanctitatis et ſapiētie floruit tēpore archadij ⁊ honorij imperatorꝫ. Qui iuuenili etate ad ſacerdotij dignitatem ꝓmotus populum adhuc idolis deditum admonebat. Et dum pro animarum ciuium ſuoruꝫ ſalute dominū obnoxius exoraret: hortatꝰ ab āgelo publice pdicare cepit: adeoqꝫ in pdicatione profecit: vt populus tēpla deorū deſtruerēt: ⁊ eccleſiā dei genitricis a fundamētis conſtruerēt. Poſtmodū aūt heliodorꝰ adhuc preſbyter chromatiū aquileieñ. epm viſitauit: ⁊ cū eo aliquo tēpore cōmorās ab eodē altinieñ. eps ordinatus fuit. ¶ Hi ſunt duo epi q leguntur beato pſbytero hieronymo aliqñ epl'as direxiſſe: ⁊ ab eodeꝫ epigrammata recepiſſe. Ad quorꝫ inſtantiā idē glorioſus doctor quoſdā libros diuine pagine ex hebreo in latinū tranſtulit: ⁊ martylogiū pmitus cōpilauit. Reuerſus igił ſanctus eps altinū eccleſiā ſuā diſpoſuit: ⁊ populū in fide firmauit. Inde hieroſolymaꝫ perrexit: ⁊ optatū diu hieronymū: queꝫ ſepius in ſcriptis viderat: corporali lumine viſitauit: a quo ⁊ in melius cōpoſitus diſceſſit. Inde repatrians iam ſenio cōfectus ⁊ ambroſiū ſibi coadiutorem epm ordinauit. Ipſe ꝟo in inſula maris: que a ſancto viro marcelliano ibi degente marcelliana vocata eſt: heremum petijt. Ibiqꝫ apud prefatū virū ſanctū eccleſia dedicata permanſit. Quē et die quīta menſis iulij defunctū ſepeliuit: heliodorus ꝟo dudū poſtea ſupuēturā ciuitatē altinieñ. ab attila deſtruēdam obitusqꝫ ſui diem predixit. Et ſanctitate conſpicuus in pace quieuit. v. noñ. iulij. Cuius corpꝰ ambroſius eps eius ſucceſſor in altinieñ. eccl'ia ſepeliuit. ¶ Proceſſu ꝟo tēporis deſolata: vt predixerat: altinieñ. ciuitate: ⁊ albuino longobardorum rege italiā inuadēte. Paulꝰ altinieñ. eps corpa ſctōꝝ heliodori marcelliani theoniſti tabre ⁊ tabrate ad inſulas maris cōfugiēs trāſportauit: vbi nouo altino cōſtructo: quod incole torcellū vocauerunt: corpus ſancti heliodori in principali eccleſia condiderunt in honorem videlicet beate marie virginis ad inſtar altinieñ. eccleſie edificata: vbi ⁊ quieſcit vſqꝫ in preſens.

¶ De ſctō Lanfranco cōfeſſore. Cap. xlvij.



LAnfrancus prior monaſterij becoeñ. ⁊ poſtmodum abbas cudonieñ. tpe henrici iiij. imperatoris claruit. Hic fuit doctor anſelmi cātuarieñſis epiſcopi: de quo infra dicetł. iij. noñ. iulij. Et huic idē anſelmus in becoeñ. prioratū ſucceſſit ſub eluino abbate q ipm monaſteriū de ꝓprio fundauit. ¶ Hic eñ lanfrancus de ciuitate papie oriūdus ⁊ ſecularibꝰ ſciētijs ſatis clarus. Poſtqꝫ in arbricateñ. ciuitate normanie aliquo tempore docuiſſet: et rothomagū ire vellet: a latronibus captꝰ ſpoliatus ⁊ in ſilua nudꝰ dimiſſus: maneqꝫ a viatoribꝰ reductus eſt. Qui mox relicto ſeculo et ſecula-

ribus ſtudijs in predicto monaſterio habitum
monachalē aſſumpſit: ⁊ humilē ac deſpectā vi-
tam ducere cepit. Et cū eſſet omniū doctior: ſa-
pientiā ſuā humiliter occultabat. Tandē fama
ipſi⁹ comperta de mādato ſui abbatis ſcholas
tenuit: ⁊ clericos ac laicos multos in diuina ſa-
pientia auditores habuit: quoꝝ plurimi ditiſſi-
mi ꝓ magiſtri amore multa monaſterio contu-
lerunt. Qui poſtmodū ipſius loci prior: inde ab-
bas cadonieñ. factus eſt. ¶ Quadam die eo ce-
lebrante diacon⁹ ei miniſtrās a diabolo arrept⁹
eſt. Qui diebus plurimis vexaƚ: ſed tandē eius
orationibus liberaƚ. ¶ Huic etiā cū nūciatum
fuiſſet: ꝙ anſelmus eius monachus ⁊ diſcipul⁹
nocte in lecto anulū aureum reperiſſet: prenun-
ciauit eum futurum epiſcopū: ⁊ vt ꝑdixerat ſic
euenit. Hic ex precepto leonis pape quinti di-
ſputans in conſilio toletano cōtra berengariū
turoneñ. qui de euchariſtia praue ſentiebat: eū
eloquentiſſimo ſermone confudit. Quieuit in
chriſto quinto noñ. iulij.

¶ De ſanctis Muſtiola ⁊ Hyreneo martyribus. Cap. xlviij.



Muſtiola et
hyreneus diaconus
tpe valeriani impa-
toris turcio agēte vi-
cario apud ciuitatem cluſium
paſſi ſunt. Cū eñ ꝑdictus tur-
cius felicē pſbyterū ꝑ marty-
riū cōſumaſſet apud verniam
ciuitatē: vt dictū eſt ſupra i ei⁹
paſſione. ix. kalē. iulij: ipſiuſq̧
corpus hyreneus diacon⁹ ſepeliſſet iuxta mu-
ros: videlꝫ ſutrine vrbis. Hec audiens turcius
hyreneū cōprehendi fecit: ⁊ cathenis vinctum
poſt redā ſuā traxit vſq̧ ad ciuitatē cluſinam:
ibiq̧ illū in carcere cōpediuit cū plurib⁹ xpia-
nis alijs. Quos oēs muſtiola nobilis matrona
claudij ꝑncipis cōſobrina: in ergaſtulo refoue-
bat. Quod cū audiſſet turcius: ipam qdā tene-
ri fecit: ⁊ oēs xpianos detētos decollari: hyre-
neū xo in cōſpectu muſtiole equuleo appēſum
tādiu vnguibus lacerari: et flammis appoſitis
aduri fecit: donec ſpiritum emiſit. Deinde ſan-
ctam muſtiolā ſacrificare nolentem tādiu plū-
batis cedi iuſſit: quouſq̧ aīam exhalauit. Quo-
rū corpora marcus ſeruus dei iuxta muros clu-
ſij ciuitatis deuote tumulauit: vbi ⁊ miraculis
clarent: qui paſſi ſunt. v. noñ. iulij.

¶ De ſctō Lauriano martyre. Cap. xlix.

Laurianus martyr
paſſus eſt in territorio bituricē-
ſis: qui ꝓ xpi nomīs cōfeſſione
glorioſa amputato capite triū-
phū meruit obtinere martyriū:
cuius caput apud hiſpalim ciuitatē deportatū:
ibi digna veneratione recoliƚ: qui paſſus eſt. v.
noñ. iulij: vt habeƚ in martylogio adonis.

¶ De ſancto Oſee ꝓpheta. Cap. l.



Oſee pro-
pheta de tribu iſſa-
char fili⁹ beeri or-
t⁹ i bethleemoth
ſub qttuor regib⁹ iuda ꝓphe-
tauit: vicꝫ ozia: ioathā: achaz:
⁊ ezechia: ⁊ ſub hieroboā filio
ioas rege iſrael: vñ ⁊ eſaie ꝓ-
phete cōtēporane⁹ fuit. Pro-
phetauit aūt ꝑncipalr̄ contra
decē tribus: pauca de duab⁹ loquēs. De memo-
rato eñ regū nūero achaz rex iuda ⁊ hieroboā
rex iſrael: dñꝫ derelinquētes in iſrael idolatrie
crimē imperio ac poteſtate ſua admittere po-
pulū cōpulerūt. Propter qđ deus ad oſee locu-
tus eſt: vt acciperet vxorē fornicariā: ⁊ faceret
filios fornicationis. Fornicariā inquit: non ex
locutione corpore meretricē: ſed gentilē deum
ignorantem appellat. q̄ dei creatoris ſui amore
contēpto: ſimulacrorū ſe ſubiecerat deſiderijs.
Hinc factū eſt: vt ira dei in populo iſrael ꝑ de-
nūciationē ꝓphete ſub tali typo ꝓceſſura dice-
reƚ. Domui aūt iude miſericordia lectione ꝓphe-
te cōprehenſa ab hoc ꝓmiſſa eſt: quia ezechias
rex iuda filius achaz ſublatis idolis: q̄ tā pater
eius ꝙ ceteri reges cōſecrauerunt: templū dei
purificaſſe monſtraƚ: vt ſupra in geſtis ezechie
dictū eſt. Prenunciauit aūt oſee iudeos in vlti-
mo tēpe ad xpm redituros. Tertiū quoq̧ diem
dñice reſurrectionis ꝑdixit. ¶ Hic autē: vt ait
hieronymus: prenūciās dedit ſignū: veniet do-
minus in terra ſicut quercus: q̄ eſt in ſylo ⁊c.
quod nō legiƚ in ſcriptura eius ſm editionem
noſtrā: forte quod hieronym⁹ dixit ſignum: hic
epiphanus dixit ꝓdigiū: dicēs de oſee: ⁊ dedit
ꝓdigiū dicēs. Veniet dñs in terrā ſicut querc⁹
in ſylo: q̄ ex ſemetipa in. xij. fuerat partita: ⁊ fa-
cte fuerāt ex ea totidē quercus. Hic poſtꝙ pro-
phetiā ſuā adimpleſſet: ſub ezechia rege placi-
ta qete dormiuit quarto noñ. iulij: in terra ſua
ſepult⁹: vt ex hebreoꝝ ſcriptura colligitur. Hec
Hieronymus et Joſephus: et ex hyſtoria ſcho-
laſtica comeſtoris.

¶ De ſancto Aggeo propheta. Cap. li.



Aggeus ꝓ-
pheta poſt captiui-
tatē populi iudeoꝝ
in anno ſecundo darij perſarū
regis prophetauit in hieruſa-
lem. Nam in anno primo Cyri
regis perſaruꝫ: vt impleretur
ſermo dei ex ore hieremie pro-
phete: vt habetur eſdre primo
in ꝑncipio. Juſſu ipſius regis

populus in iudeam reductus eſt. Tunc⁊ a populo iſrael ⁊ ſeniorib⁹ templū dei edificari cepiſſet: mortuo cyro rege perſarū: ac regnāte dario: qui memorato ſucceſſerat: vicine gentes odio iudeorū inſtaurationē tēpli ⁊ ciuitatis impedire ceperūt. Qua ratione ductus populus iudeorū reſtaurationē ipſius templi necdū conceſſam eſſe iuxta promiſſionē credebāt: ꝓpter quod in ſecūdo anno regni darij memorati. Ageus ꝓpheta a deo miſſus ad zorobabel: q̄ erat de tribu iuda: qui poteſtatē regni ſuſcepturus erat: ⁊ ad ieſum ſummū ſacerdotem filiū ioſedech eos admonet: vt credant cōplecto annorū numero tp̄s reſtaurationis hieruſalē aduenisse. addito ne incredulitatē populi velint imitari. Oia autē que in textu ipſius ꝓphetie cōtinent: reuerſionē populi: reparationē templi: renouationē ciuitatis: obſeruantiā ſacerdotalē: ⁊ interitū regnorū exterorū ſignificāt. ꝓphetauit aūt vna cum aggeo zacharias ꝓpheta: de quo dicet infra. viij. idus ſeptembris. Sed duobus menſib⁹ ante zachariā hic aggeus vaticiniū ſuū texere exorſus eſt. Quieuit in iudea in pace. iiij. noñ. iulij. et tumulatus iacet iuxta ſacerdotum monumēta in hieruſalē. Hic propheta vna cum proximo precedente ex numero. xij. illorū prophetarum ſunt: qui minores appellantur: qui ⁊ in ſanctorum patrū catalogo eccleſiaſtici. xliij. cap̄. deſcribuntur. Hec vnde ſupra.

¶ De tranſlatione ſancti martini ep̄i. Cap̄. lij.



TRanſlatio corporis ſcti martini facta eſt anno xliij. leonis primi vt ait ſigibertus: anno videlicet. lxiiij. ab obitu ipſius ſancti. Cum eñ perpetuus turoneñ. epiſcopus cerneret inſignia miracula: que ad ſepulchrum ſancti martini fiebant: eccleſiam magnam ⁊ ſpecioſam eius nomini fabricauit: iuxta cellam: videlicet vbi viuens degere conſueuerat. Et cōgregato clero ac pp̄lo vniuerſo cū corpus ſcti ad nouā eccleſiā transferre decreuiſſet kalē. iulij poſt noctis vigilias et ieiuniū celebratū mane ſepulchrū nullaten⁹ mouere potuerūt. Qd̄ cū ſequenti die ⁊ tertio iteraſſent loculū ſimiliter nullo ingenio leuare valuerūt. Cūq⁊ iā q̄ſi deſperati opus dimittere cōcepiſſent recordati ſunt: ꝙ. iiij. iulij. iiij. viꝫ noñ. ipſius ordinationis beati martini anniuerſaria dies erat. Et ꝙ forſitan ipā die dn̄s corp⁹ beati confeſſoris transferri diſpoſuiſſet. Ieiunio igit orationibuſq⁊ premiſſis ad tumulū acceſſerunt. Moxq⁊ illi ſenex venerandus apparuit: alias nunq̄ viſus: qui eos ad opus iuuare cepit. Sanctūq⁊ martinū eiſdē adeſſe dixit: vtq⁊ corpus transferre non tardarent admonuit. Sicq⁊ cum ſumma velocitate loculū leuauerūt ⁊ in loco vbi nunc colit poſuerūt. Completis quoq⁊ officijs cū ſenē ad mēſam reqrerēt nuſq̄ comparuit. ¶ Accidit quoq⁊: vt tūc eſſent duo mendicātes ⁊ multā pecuniā ex queſtu acquirētes: quorū vnus cecus ⁊ alter erat cōtractus: cecus cōtractū ferebat: ⁊ cōtractus ceco viam oſtēdebat. Audiētes aūt ꝙ ad corpus ſcti martini multi ſanabant infirmi: dū corp⁹ in translatione proceſſionaliter portaretur: timentes ne corpus iuxta eorum habitationē duceretur: et ſic ipſi forſitan ſanarētur. Inde receſſerūt: nolētes ſanitatē ꝯſequi: ne periret miſeria queſtus ſui. Dum ergo fugerent per viam vnde corpus nequaq̄ ducendū putabant ex improuiſo ſancto corpori obuiant. Et qꝛ deus multa beneficia preſtat etiam inuitis: ambo contra voluntatem ipſorum continuo curati ſunt: licet de hoc plurimum triſtarentur. Celebratur autem hec translatio et ipſius ordinatio ac prefate eius eccleſie dedicatio. iiij. nonas iulij.

¶ De ſancto Udalrico epiſcopo. Cap̄. liij.



VLdaric⁹ ep̄s auguſteñ. nobilis romanus exiſtēs infantul⁹ in monaſterio ſancti galli educatus eſt. Et cum etate adoleuiſſet: ⁊ habitū monaſticum aſſumere vellet: a quadā ſancta incluſa prohibitus eſt: que eidem aſſeruit ſibi fuiſſe a domino reuelatum adhuc ipſum futurum epiſcopum. Commendatus eſt igitur adalperoni auguſteñ. epiſcopo a quo eſt ad ſacerdotij ordinē promotus. Deinde romā veniēs a martino papa benigne ſuſceptus eſt. Qui eidem pontifici epiſcopum ſuum mortuū nūciauit ſibi diuinitus reuelatum. Cunq⁊ ip̄m papa martinus vellet in epiſcopum ordinare: et auguſteñ. vrbi in paſtorem perficere: vldaricuſq⁊ recuſaret: ſummus pontifex eidem prenunciauit: ꝙ periculoſo adhuc tēpore epiſcopatuꝫ ip̄m non poſſet euadere. Quod ⁊ factū eſt. Nam ep̄o auguſteñ. ad ep̄atu hiltineñ. trāſlato vldaricus ei a populo ſuccedere cōpulſus eſt. Qui cū ſancto cōrado ep̄o conſtantie gregē dominicū verbo ⁊ exēplo opis bene pauit. ¶ Super hunc ſanctū die cene dn̄i criſma conficientem: ⁊ die paſche miſſarū ſolēnia celebrantem viſa eſt dextera dei q̄ ſibi benedicebat. ¶ Quadā die ſancta aphra ſibi apparuit: ⁊ vt ſe ſequeretur admonuit: ip̄mq⁊ vſq⁊ in lechfelth perduxit: vbi per viſionem ſanctū petrū apoſtolū cum quodā alio ſancto vidit: qui arnulphū ducē turingiorū pro ſuis criminib⁹ dānabāt. Et notato tp̄e repertū eſt eodē die et hora arnulphū e ſeculo migrauiſſe. Ipſe vir ſanctus pacē inter othonē ducē: ⁊ lodolphū eius filiū ꝑtractauit.

¶ Juſſus diuinitus in natiuitate ſancti iohan
nis baptiſte bis in die celebrauit. Miſſam au-
rore vicʒ et maiorē: quarū primā ex cōſcientia
bis celebrandi omittere ꝓpoſuerat. Et .xi. poſt
modum die in pace quieuit: videlicet. iiij. nonꝰ.
iulij. Sepultuſqꝫ eſt a volfgango epiſcopo ra-
tiſponeñ. in eccleſia ſancte aphre.

¶ De ſancto Jocūdiano martyre. Cap. liiij.

Jocundianꝰ martyr apō aphricā martyriū paſſus eſt. Qui pro confeſſione fidei xpiane in mare merſus cū palme triūpho coronam a dn̄o percipere meruit glorioſam quarto nonas iulij: vt habet in martyrologio hieronymi ⁊ adonis.

¶ De ſancta zoe vxore nico
ſtrati mar. Cap. lv.

Zoe martyr vxor nicoſtrati primiſcrinii diocletiani imperatoris. Rome martyrium paſſa eſt. Que cum graui infirmitate loquēdi facultate per .vi. annos caruiſſet beatus ſebaſtianus martyr ipſam curauit: ſibiqꝫ loquelam reſtituit: necnon ipſam zoem cum viro nicoſtrato ⁊ aliis pluribus ad xp̄i fidem perduxit: quos ſanctus polycarpus preſbyter baptizauit: vt ſupra actum eſt in paſſione ſebaſtiani. xiij. kalendas februarij. Cum autem ſebaſtianus et alij plures martyrium paſſi fuiſſent: et ipſa ad confeſſionem ſancti petri apoſtoli oraret: a perſecutoribus artata et in cuſtodia duriſſima truſa eſt. Deinde a collo ⁊ a capillis in arbore quadam ſuſpenſa adhibito ſubter horribili fumo in confeſſione domini emiſit ſpiritum. iij. nonas iulij.

¶ De ſancto Anſelmo epiſcopo. Cap. lvi



Anſelmꝰ epūs ex confinio lōbardie ⁊ burgundie ortꝰ pueriliбꝰ annis litteris a parentibus traditus breui ſpatio multa ſapientia pollēs ante annū .xv. de ſalute aīe cogitare cepit: ⁊ cogitatū ad effectū ꝑduxit. Egreſſus ergo patriā: dū ex trāſcenſu montis nimiū fatigatus eſſet: nec quicꝙ̄ ad edendū haberet: miniſter eius ex inſperato panē candidiſſimū diuinitus in ſacculo reppit: ex quo vterqꝫ ad ſacietatē comedit. Exactis aūt tribus annis partim in francia partim in burgūdia in normaniā deuenit: ⁊ ſub magiſterio lāfranci prioris becoenſis dictoris illuſtris ſe cōtulit: ac deinde in eodē monaſterio habitū religioſum aſſumpſit. Lanfranco aūt in abbatē monaſterij cudoneñ. aſſumpto: vt ſupra in eius hyſtoria dictum eſt. v. nonas iulij. Anſelmus ei in prefato prioratu ſucceſſit: ſanctitateqꝫ ⁊ ſapientia ad modū clareſcere cepit: plurima nanqꝫ diuina opuſcula ⁊ ſolennia compilauit. ¶ Cum nocte quadam miraretur: quomodo prophete per ſpiritū multa futura predixerant: et oraret: vt hoc ſibi deus aperiret: per parietes ⁊ muros interpoſitos vidit fratres ad matutinuʒ exurgentes: et eorum officia exequentes. Et intellexit: ꝙ ſimiliter deus potuerat ſanctis prophetis abſcōdita reuelaſſe. ¶ Dum quadam vice frater ſenior in extremis laboraret: ⁊ ſe a duobus lupis vorari vocibus horribilibus inclamaret. Anſelmus pro fratre orauit: ⁊ poſtmodum ad ipſum intrauit: qui mox lupos effugatos aſſeruit: flamma ex ore ſancti in modum lancee procedente: quam frater ille ſe videre perhibuit. Abſolutuſqꝫ ab anſelmo hora .ix. vt ſanctus predixerat: expirauit. Alias etiam dum in oratione perſiſteret: viſus eſt ab alio fratre luce maxima circūfuſus. Poſtmodum autem ad archiepiſcopatum cantuarieñ. eccleſie electus eſt: qui dei populo exēplis honeſtiſſimis: ⁊ doctrinis clariſſimis prefuit. Ipſe em̄ feſtū conceptionis alme dei genitricis ſibi a dn̄o reuelatum miraculoſe colendū didicit: ipſe ⁊ primus celebrauit: et celebrandū in eius eccleſia conſtituit: vt ſuperius dictum eſt in cōceptione ſctē marie .vi. idus decēbris. Cum autem quodam tempore in villa quadam cum ſociis hoſpitatus eſſet: et hoſpes nihil aliud preter panem ⁊ caſeum eis apponendum haberet: iubente epiſcopo: quāuis dudum recuſaſſet: hoſpes ad flumē acceſſit: ⁊ miſſo rhete truttā maximā continuo cepit: ex qua omnes plene refecti ſunt. ¶ Alio etiaʒ tempore alteri eius hoſpiti conquerenti: ꝙ piſces ei apponēdos non haberet: ipſe predixit: ꝙ confortaretur: quia poſt morulam ſibi magnus ſturio mitteretur. Quod et poſt horam modicam factum eſt. Sicqꝫ clarus virtutibus quieuit in pace. iij. noñ. iulij. Sepultuſqꝫ iacet in ſua eccleſia cantuarieñ. ¶ Hic cōpoſuit librū proſlogion. i. alloquium de deo. Item monologion: id eſt ſoliloquium de ſancta trinitate. Item de veritate librū vnū. De cōcordia liberi arbitrij: ⁊ preſciētie diuine: atqꝫ predeſtinationis ⁊ gratie librū vnū. Cur deus homo librū vnū. De ſacramento altaris librum vnū. De caſu diaboli librūvnum. De peccato originali librum vnum. De incarnatione verbi librum vnum. De azima librū vnū. Meditationum vel orationum librum vnum. Parabolarum ſiue prouerbiorum librum vnū. De grammatica librum vnum. Super canticis canticorum librum vnum. Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum. De conceptu virginali et originali peccato librum vnum. Claruit tempore henrici imperatoris tertij.

¶ De ſancto Anſelmo confeſſore. Cap. lvij.

Anſelmus cōfeſſoꝛ lundonice ciuitatis anglie magiſter opinatiſſimus: ⁊ ſapiētia celebris ac famoſus: vite religione cōſpicuus tēpore hērici quinti imperatoris admodū effulſit. Qui inter alia opuſcula ꝓclara ſup̲ pſalterio gloſas marginales ⁊ interlineares compoſuit: qui et lundoñ. ſepultus miracula oſtendit.

¶ De ſancto Hugone abbate cluniaceñ. Cap. lviij.



Hugo abbas cluniaceñ. auguſtudunēſis ciuis nobili proſapia: patre dalmatio cōſulari: bellicis rebus intēto natus eſt. Cum adhuc eēt in vtero matris: ⁊ preſbyter quidā miſſam tam pro illa q̄ pro fetu celebraret: vidit in calice imaginem pueri reſplendentis hugonis videlꝫ nōduꝫ nati. ¶ Hic a puerilibus ānis relicto ſeculo ſub abbate odilone monachus cluniaceñ. factꝰ eſt: deinde ad prioratū ꝓmotꝰ: īde odiloni defuncto in abbatie regimīe ſucceſſit. ¶ In maxima illuꝫ habuit reuerentia hēricus imperator ſecūdus: cuius filium heuricum tertium hugo de ſacro fonte leuauit: et in colonia agrippina cum eo paſcha celebrauit. Rediens quoq̧ cluniacum ſtephanū papam nouum florentie languentē viſitauit. In cuius preſentia: vt idē pōtifex perhibuit: demones ab eo abſcedebant: in abſentia ad eum redibāt. In cuius etiam ſinu idem papa ſpm̄ emiſit. ¶ Hic abbas cōſilio generali in remis ciuitate ſub leone nono celebrato interfuit: in quo mirabiliter cōtra ſimoniacos inuexit. ¶ Cū ſancius rex hiſpanie hildēfontiū captiuatū teneret: ⁊ pro ipſo ſetūs hugo oraſſet: ſanctꝰ petrus captiuo apparuit: ⁊ ip̄m hugonis ꝓcibus ocyus liberandū ꝓmiſit: deinde ipſe apoſtolus ſancio reuelat̄: ⁊ niſi fratrē dimittat: mortē ei ſubitaneā cōminat̄: ſicq̧ ſtatim hildefontius liberat̄. Spū etiā ꝓphetico claruit: quod in plurimis q̄ ꝓdixerat: cōtingentibꝰ apparuit. ¶ In quadā vigilia natiuitatis dn̄i vidit in eccleſia virginē filiū paruulū in vlnis geſtātē: ⁊ de feſto natalis filij exultantē: ac inimico humani gn̄is inſultantē. Ad hāc vocem diabolus de humo erupit: ⁊ verba domine exprobrauit: quē glorioſa virgo: vt ei viſum eſt tam de cenobio q̄ de eccl'ia effugauit: vt ſupra actum eſt in legenda natiuitatis dn̄i. viij. kalē. ianuarij. Tandē ſanctitate plenus migrauit ad xp̄m. iij. noñ. iulij. ¶ In cuius trāſitu quidam frater apud nengetū vidit matrē xp̄i cū monachoꝝ choro lucidiſſimo ſagittarios quoſdā effugātes. Inter quos erāt martinus ep̄s ⁊ bn̄dictꝰ abbas hugonis aīam in nube lucidiſſima collocātes. Eadē q̧ nocte q̄ migrauit a ſeculo: abbas quidam vidit duos lectos ornatiſſimos manibꝰ angeloꝝ ad aſtra deferri: in quibꝰ collocādos audiuit āſelmū cātuarieñ. ⁊ hugonē cluniaceñ. qui ābo eadē ip̄a die debitū exoluerant carnis. Et vt viderat ſic eos ābos tranſiuiſſe cognouit. Sepultus eſt in abbatia cluniaceñ.

¶ De ſancto Hugone cōfeſſore. Cap. lix.

Hugo de ſancto victore pariſieñſis canonicus confeſſor ſanctus in ſcripturis diuinis eruditus religione ⁊ ſcientia clarꝰ: in liberalibꝰ nullū ſuo tp̄e ſecundū habēs: tp̄e henrici quīti imperatoris floruit. Qui in eccl'ia dei opuſcula plurima ⁊ ꝓficua condidit: videlꝫ librum de ſacramētis. Hierarchiā beati Dionyſij explanauit. Super eccleſiaſtē homel. xv. fecit. Sup̲ lamentationes hieremie librū vnū. Librū didaſcalicō cōpoſuit. Sup̲ angelicā hierarchiā dionyſij librū vnū. De arca ſiue clauſtro anime librū vnū. De virtute orādi librū vnū. De inſtitutione nouitiorū librū vnū. De arca noe lib. v. De aīa xp̄i librū vnū. De ꝑpetua virginitate beate Marie librū vnū. Sup̲ verbo Tota pulchra es li. vnū. Notulas ſup̲ quibuſdā verſibus pſalmoꝝ. Soliloquiorū hoīs cū anima ⁊ alia plura. De clauſtralibus librū vnū. Quieuit in pace cōrado tertio imperante anno dn̄i. M. cxxvi.

¶ De ſancto Eſaia ꝓpheta. Cap. lx.



Eſaias ꝓpheta nobili genere ortꝰ i hieruſalē p̄re amos: non illo quideꝫ qui ex duodecim minoribꝰ prophetis tertiꝰ eſt: ſed altero nobile hieroſolymita progenitꝰ fuiſſe probat̄. Hic eīm de hieruſalem: ille de thecua oriundus extitit. Hic genere nō infimus: ille paſtor ouiū et ruſticanus fuit. Huius eīm ſanctitati diuina ſcriptura teſtimoniū in locis pluribus ꝑhibet: ⁊ ipſuꝫ omnes doctores ⁊ ioſephus iudeorum hyſtoriographus: necnō eius vite exitū: quem martyrio peregit in ſanctoꝝ patrum catalogo computandū expreſſius docēt. ¶ Cepit autem eſaias ꝓphetare ſub ozia rege iuda ⁊ hieroboā rege iſrael. Cuius prophetia protenditur per tempora trium regū ſubſequentiū: videlicꝫ ioathan: achaz: et ezechie regū iuda: vt ipſemet in exordio ſuo teſtat̄. Et ſub manaſſe rege ꝓphetandi: ⁊ viuēdi finē fecit circa principiū regni. Hic aūt vt ait hieronymus in ſmone ſuo diſertus eſt: quippe vt vir nobilis ⁊ vrbane elegātie

nec habēs ꝗcꝙ̄ in eloquio ruſticitatꝫ admixtū: vnde accidit vt pre ceteris flores ſmonis eius tranſlatio nō potuerit cōſeruare. Qui etiaꝫ nō tam ꝓpheta dicēdus eſt ꝙ̄ euāgeliſta. Ita eñ vniuerſa xp̄i eccleſieꝗ myſteria ad liquidū ꝓſecutus eſt: vt nō eum quis putet de futuro vaticinari: ſed de p̄teritis hyſtoriā texere. Prophetauit autem eſaias in hierl'm ꝛ in iudea: necnō decē tribubꝰ in captiuitatē ductis: ac de vtroꝗ regno nūc cōmixtim nūc ſepatim texit oraculū. Et licꝫ interdū ad preſentē reſpiciat hyſtoriam: ꝛ poſt babylonie captiuitatē reditū ppl'i ſignificet: in iudea tñ oīs ei cura de vocatione gentiū: ꝛ de aduētu xp̄i eſt. ¶ Hic ſanctꝰ ꝓpheta ezechiā regē iuda: diuino reſponſo ad ſe facto confortauit ne timeret a facie ſennacherib regis aſſyrioꝝ cū hierl'm obſediſſet: ꝓmittens regi ꝛ in hoſtibus plagā: ꝛ in populo dei ſalutē affuturam. Quod ꝛ factū eſt: angelo domini in caſtris aſſyrioꝝ centū ꝛ octuagintaquīꝗ milia percutiente: ꝛ ſennacherib effugante: vt ſupra dictū eſt in geſtis ezechie regis. ¶ Huius etiā orationibus dn̄s placatus ſup lachrymis eiuſdem regis: cū illū occidere p̄mitus decreuiſſet adiecit vite ipſius annos quindecim: in cuius ſignum ſolem per decē horas in eclyptica retrogradari fecit: vt ſupra in eadē hyſtoria dictum eſt. ¶ Huius etiā ꝓphete tēporibus erat piſcina extra vrbem quando exercitus ſennacherib regis babylonis obſedit hierl'm. Sed p̄cibus ſuis impetrauit eſaias a dn̄o: ꝙ ſiccabatur qñ hoſtes ad eam deſcēdebant: ꝛ cum ciues egrederentur deſcendētes ad ipſum fontem: erant ibi aque ſicut prius. Et ſm ꝙ dicit epiphanius ad p̄ces eſaie copioſius ſolito egreſſe ſunt aq̄ de fonte ſyloe. Hoc eñ ſtagnū vocaꝛ i euāgelio natatoria ſyloe. ¶ Mortuo aūt ezechia cū filiꝰ eius manaſſes regnare cepiſſet: ꝛ idola ac aras ſimulacroꝝ que pater ſuus deſtruxerat renouaſſet: ꝛ populū in viis gētium errare feciſſet: cum quoꝗ ꝓphete miſſi a dn̄o redarguerēt: nemini eorū parcebat: ſed plateas hieruſalē prophetarum ſanguine purpurabat: inter alia ꝟo ſcelera ſua eſaiam ꝓphetaꝫ auum ſuū maternū ſm hebreos: vel ſm alios affinem: eiectū extra hieruſalem circa dictā piſcinam ſyloe ſerra lignea per mediū ſecari fecit. Qui dum in principio ſectionis anguſtiareꝛ: petiit ſibi dari aquā: vt biberet. Et cum nollent ei dare dominus de ſublimi immiſit aquā in os eius: ꝛ continuo expirauit: nec inde carnifices deſtiterūt a ſectione. Ob hanc eñ aque miſſionem confirmatum eſt nomen ſyloe: quod interp̄taꝛ miſſus. Nec ſepelierūt eum in ſepulchro ꝓphetarū: ſed ſub quercu rogel iuxta tranſitū aquarūꝫ memorate piſcine quem fecerat ezechias: vnde in iugem memoriam ſancti ꝓphete adhuc aque in piſcina ſyloe nō iugiter: ſed icertis horis ebulliūt. Et quia oratione ſancti viri aque ille a domino diuinitus date fuerant: populus ꝓphetam glorioſe ſepeliuit in loco predicto p̄die non̄. iulii: etiā vt orationibus eius poſt mortem ipſius indeſinēter huius aque beneficio potirenꝛ. Hec ioſephus et hieronymus: ꝛ ex hyſtoria ſcholaſtica atꝗ ex chronica guilelmi.

¶ De ſctō Trāquillino martyre. Cap. lxi.

Tranquillinus martyr tēpore diocletiani rome paſſus eſt. Hic fuit pater ſanctoꝝ martyꝝ marci et marcelliani: q̄s ex martia vxore genuit: qui ad p̄dicationē beati ſebaſtiani martyris cū coniuge ſua ad xp̄m conuerſus: vt ſupra dictū eſt in paſſione eius. xiiii. kalen. februarii: ꝛ a ſancto policarpo p̄ſbytero vna ſecū ſacri fontis vnda ꝑfuſus eſt. Et cū graui morbo ipſe tranq̄llinus laboraret: mox vt baptizatꝰ eſt ſanitatē ꝑcepit. Poſtꝙ̄ marcus ꝛ marcellianus eius filii paſſi ſunt: vt ſupra in coꝝ paſſione actū eſt. xiiii. kal'. iulii: ꝛ martia mater illoꝝ poſt dies modicos in pace migrauit ad chriſtū. Poſt hec autē cū audiſſet tranquillinus: ꝙ zoe vxor nicoſtrati pro xp̄i nomine paſſa eſſet: vt dictum eſt ſupra de ea. iii. non̄. iulii: et ipſe in medium prorūpens cōqueri cepit: ꝙ femine viros ad palmā precederēt: ꝛ ſe xp̄ianū libere in fori medio ꝓclamaret: a paganis furētibus lapidatus martyriū cōſumauit pridie non̄. iulii.

¶ De ſancto Goar cōfeſſore. Cap. lxii.

Goar monachus ꝛ confeſſor ſanctꝰ anno. xvii. mauritii imparatoris veniēs ex aquitania claruit in gallia: vt ait Sigibertus: cuiꝰ ſanctitatis famam ſigibertus rex francoꝝ audiēs ipm per nūcios req̄ſiuit: quem ad petitionē populi treuereñ. ep̄m conſtituere voluit: ille autē ſatis recuſauit. Tandē dierū triginta inducias poſtulauit: vt ad cellā ſuā pergeret: ꝛ monaſterii facta diſponeret. Quo dū ꝑueniſſet: orauit ad dn̄m: vt ſe ab huiuſmodi iugo liberaret: qui mox febre ꝑcuſſus ꝑ ſex annos cōtinuos graui lāguore decūbēs redire nō valuit: ꝛ ſic in ſenectute bona ibidē in pace q̄euit p̄die non̄. iulii: cuiꝰ corpꝰ ibidē tumulatū mirabilibꝰ effulget.

¶ De ſctō Nicoſtrato martyre. Cap. lxiii.



Nicoſtratꝰ martyr maritus ſancte zoes p̄miſcrinius imparatoris diocletiani fuit: cuius vxorem ſanctus ſebaſtianus: que pre grauedine longe infirmitatis dudū loquelā amiſerat: liberauit: ꝛ ipm virū eiꝰ ac cōiugē cum aliis multis ad xp̄m

conuertit: quos ſanctus policarpus preſbyter baptizauit: vt dictum eſt ſupra in paſſione ſebaſtiani .xiij. kal. februarij. Poſtꝙ autē zoe vxor eiuſdem nicoſtrati martyriū paſſa eſt: vt ſupra in eius paſſione actum eſt .iij. noñ. iulij. Et ipſe nicoſtratus tentus: atq; fabiano vrbis prefecto preſentatus cū in xp̄i noīs confeſſione cōſtans pſiſteret: ab eodē p̄fecto ē decollatꝰ noñ. Iulij.

¶ De ſctīs nicoſtrato ⁊ ſocijs mar. Cap. lxiiij.

Nicoſtratus: claudiꝰ: caſtorius: victorinus: ſymphorianꝰ: ſeuerus: ſeuerianus: ſimplicius: et carpophorus martyres rome paſſi ſunt ſub diocletiano imperatore iudice fabiano. Quos idem fabianus per dies .x. deterrens minis ⁊ blanditijs agens: vt ſacrificarent: cum in nullo eos poſſet penitus commouere: iuſſit eos tertio torqueri: ac demum mari precipites dari. Qui paſſi ſunt noñ. iulij: vt dicit ado.

¶ De ſctō panteno p̄ſbytero ⁊ cōfeſ. Cap. lxv.

Pantenus p̄ſbyter ſtoice philoſophie pfeſſor: marci euangeliſte apud alexandriam diſcipulus fuit: ⁊ vetuſto de more ibidem eccleſiaſtice ſchole prefuit clariſſimi probatiſſimiq; doctoris fungēs officio: tante naq; ſcientie nō ſolū in diuinarū ſcripturarū eruditione: verū in ſeculari litteratura fuit: tātoq; ſtudio ⁊ amore vbi dei p̄dicādi claruit: vt ī indiā requiſitus p legatos ipſius gētis a demetrio alexādrino ep̄o mitteret̄: vbi verbū dei feruēter ⁊ feliciter p̄dicauit oībus gētibus: que in oriētis vltimis finibꝰ recōdunt̄. Et demū ad indiā īferiorem rediuit: repperitq; bartholomeū apl'm aduentū dn̄i ⁊ fidei ſemina primū ibi ƀm matℏ. euāgeliū ſeminaſſe: qđ quidē inde hebreis ſcriptum litteris regrediens alexandriā ſecū tulit: vbi ⁊ ip̄m in grecum trāſtulit. Multa viri huiꝰ doctrine eccleſiaſtice extare dicūtur apud alexandrinos monimenta: ſed viue vocis oraculo plus eccleſie cōtulit. Docuitq; ſub ſeuero principe ⁊ antonio cognomēto caracalla imperatore. Et apud alexādriā qeuit in pace noñ. iulij.

¶ De ſanctis cyliano ep̄o: colonato ⁊ romano martyribꝰ. Cap. lxvi.



Cylianus ep̄s Colonatꝰ preſbyter ⁊ romanus diaconus martyres apud virczburch oppidū germanie paſſi ſunt. Hic em̄ ſanctus genere ſcotus nobilibꝰ parentibus ortus: a pueritia ſacris lr̄is eruditus: adhuc iuuenis omnibus pro xp̄o relictis monachus factus eſt: ſanctitateq; ⁊ vite conuerſione conſpicuus claruit: ⁊ ad preſbyteratus ordinem in monaſterio aſcēdit. Cunq; cōcurſum ſeculariū ad ſe ex fame opinione cōſuetū fugeret: inde diſceſſit: ⁊ primo quidē britanniā: deinde galliam: ac poſt germaniā venit. Et ad oppidū virczburch: quod latine dicitur viridorū caſtellū diuertit: vbi populus adhuc gentiliū credulitate tenebatur. Quorū errori ſanctus cōpatiēs romam acceſſit: ⁊ a ſummo pontifice ſe gentis illius ep̄m conſecrari obtinuit: atq; auctoritate pape ad idem oppidum ad predicandū rediit: adiunctis ſibi colonato p̄ſbytero ⁊ romano diacono. Ipſe vō comites ſuos qui ſecū ex ſcotia egreſſi fuerāt. Colūbanum: videlicet in italia: gallum vō in alemania dimiſit: ⁊ ad virczburch caſtrum acceſſit: vbi predicationi inſtando ducem ciuitatis gothbertū nomine ⁊ omnem populum ad fidem cōuertit: ⁊ cū datis ſibi ſocijs baptizauit. Cum autem ducem de xp̄i cultu diligentiꝰ inſtruxiſſet: de illicito matrimonio ipſum corripuit: eo ꝙ ipſe gerlanam cōiugem fratris vxorem duxerat: quod ƀm fidei xp̄iane doctrinam pphanum erat. Sz cum ducem ad bellum procedere oporteret: promiſit ſancto ep̄o: ꝙ gerlanam dimitteret: poſtꝙ in pace rediſſet. Poſt cuius diſceſſum mulier hoc comperto ad ſanctos dei noctu in eccleſia orātes iugulādos carnifices duos miſit: cylianus vō a deo per viſionem de martyrio premonitus ſocios ad patientiam hortabatur. Sicq; omnes ipſi pariter gladio temporalem vitā terminantes eternam adepti ſunt. Quorū corpora veſtes ⁊ libros ſatellites de mandato mulieris humi cōdiderūt: vt eos de finibis illis diſceſſiſſe credibiliter p̄tendi poſſet. Quedam aūt burgūda eorū diſcipula ſanguinem eorū terre infuſum collegit: et ſibi pro reliquijs conſeruauit. Gerlana autē ne factū proderetur. Iuſſit in ip̄o eorum ſepulture loco animalia ſtabulari. Sz tamen tumulus vbi ſanctorum corpora quieſcebant ab eorum immūdicia illibatus ſeruatus eſt. Rediēs aūt dux de ſctīs queſiuit: ⁊ gerlana eos occulte inde abiiſſe ſimulauit. Statimq; vnus carnificum qui eos peremerant a diabolo arreptus ſeip̄m proprijs dentibus lacerauit. Alter vō in furorē verſus ſemetip̄m gladio per ventrē tranſfixit. Gerlana vō ab immūdo ſpiritu vexata: clamante demone per os ſceleris nequitiā ppalauit. Dux quoq; a ſuis interfectus ⁊ filius ipſius de principatu eiectus eſt ¶ Tempore procedente atalogus preſbyter in ipſo ſepulture loco ſcholas regebat. Die vō quadam pueri repente diuinitus aſpirati: cylianū eis nunꝙ auditū clamare ceperunt: ⁊ locum digitis oſtenderunt. Preſbyter vō myſterium ignorans illos vt tacerent verbis ⁊ verberibus corripuit: ipſaq; nocte lumē oculorū amiſit. Sz p viſum a quodā ci

dicitur: ꝙ niſi credat dictis puerorum nũꝙ il-
luminari merebitur. Cum autem de hoc ſancto
⁊ ſocijs ab antiquis diligẽter inquiſiſſet: ⁊ qui
fuerint didiciſſet: ad eorum tumulum orauit: et
lumen perditũ recuperauit. Effoſſoq; loco cor-
pora martyrum cyliani colonati ⁊ romani rep-
ta leuauit: ⁊ honorabiliter collocauit: que in op
pido ipo virczburch. i. herbipolis quieſcũt cla
rentia ſignis. Qui paſſi ſunt anno. v. Conſtanti
ni imperatoris. viij. idus Julij.

De ſancto Norberto epo ordinis
premonſtraten̄. Cap. lxvij.



NOrbert⁹
archiepiſcopus
fundator loci ⁊
ordinis premõ
ſtraten̄. ãno do-
mini. M. cxx. de lothoringie
partibus oriundus claruit.
Qui relictis ſeculi diuitijs q̃
bus affluebat presbyter ordi
natus eſt. Et cum quibuſdã
dei famulis qui vitam artiorem ducere cupie-
bant ad gelaſium papam ſecundum: tunc apud
ſanctum egidium in gallia ſynodum celebran-
tem acceſſit. A quo ⁊ predicandi verbi licentiã
impetrauit. Ac deinde auctoritatẽ pape calixti
ſecũdi gelaſij ſucceſſoris de nouo ordine incho
ando ſm augustini regulam obtinuit. Et ſub
epiſcopo lugdunen̄. nomine bartholomeo in lo
co premonſtrati cũ ſocijs predictis monaſteri-
um ⁊ ordinem fundauit. Multis quoq; miracu
lis claruit. Apud nigellã demonẽ: qui puellã
obſederat: primo quidem virtute xpi: vt latine
⁊ teutonice ⁊ gallice loqueretur cõpulit: deinde
ab ea eiecit: venientiq; coloniam pro reliquijs
ſanctorũ acquirẽdis vna de numero. xi. milium
virginum ſe ei reuelauit: ⁊ locũ vbi corpus ſuũ
iacebat oſtendit. Quod mane repertũ ipe ſecũ
premonſtratũ tulit. Die ſequẽti apud ſanctũ ge
ronẽ orans vidit ipm ſanctũ: locũ ipi: vbi corp⁹
ipſius dudũ iacuerat omnibus incognitũ demõ
ſtrãte: qd mane ibidẽ repertũ: atq; inde leuatũ
eſt. Eius quoq; corporis partẽ norbertus qua-
ſi pro mercede ſuſcepit: ⁊ ad monaſterium ſuũ
deportauit. Poſt obitum vo calixti. ij. ab hono-
rio ſecũdo ſucceſſore ſummo pontifice confir-
mationem ordinis accepit. Et tunc ſe futurum
epm parthenopolis diuinitus agnouit. Redi-
ens aũt ad locũ ſuũ in herbipoli oppido: in die
paſche miſſa celebrata mulieri cuidam cece vi-
ſum reſtituit. Deinde fact⁹ eſt eps parthenopo
lis ciuitatis ſucceſſore ipi hugone i abbatiã or
dinato. Qui potẽs ope ⁊ ſmone ãnis. viij. epa
tu fideliter adminiſtrato: q̃euit i xpo. Sepult⁹ in
eccl'ia dei genitricis ipius vrbis. viij. id⁹ iulij.

De ſanctis aquila ⁊ priſcilla ei⁹
vxore diſcipulis. Cap. lxviij.

AQuila et priſcilla
eius vxor diſcipuli apoſtolorũ
xpi fuerũt: de quib⁹ in actib⁹
apoſtolorum. cap. xviij. ſcribitur:
de quibus etiã paulus apoſto
lus ad romanos cap. vlti. men
tionẽ facit. Qui in ſctorum miniſterio quotidie fi
deliter laborãtes apd aſiam minorẽ pleni bo-
nis operibus in domino quieuerunt. viij. idus
Julij: vt dicit ado.

De ſancto paulo martyre. Cap. lxix.



PAul⁹ mar
tyr conſtantino
poli nobilis ori
und⁹: paſſus eſt
ibidem tempo-
re conſtãtini imperatoris he-
retici. Qui cum eſſet dux mi-
litie imperialis et vere miles
xpi catholicus imperatorem
de cõbuſtione ſanctarũ imagi
num que per ipm in eccl'ia apud blaquernas fie
bat: cõſtanter redarguebat: ⁊ reuerẽdas imagi
nes xpi ⁊ ſanctorum venerãdas efficaciter cõpro
babat. Ob hoc ab imperatore detẽt⁹ ⁊ prio in car
cerẽ miſſus duriſq; cõpedib⁹ victus eſt. Inde
iuſſu cõſtãtini: poſt aliquot dies educitur: ⁊ dũ ꝓ
catholica veritate ageret: naſus ei preciditur.
Iterũq; cuſtodie mãcipatur. Dehinc poſt dies
viij. iterum ꝑduct⁹ pice ⁊ ſulphure liquatis ca-
pite perfuſus: cũ in tormẽtis gratias deo age-
ret: oculi ipi eruti ſunt. Nouiſſime pedib⁹ liga-
tis per mediũ forũ trahitur: ⁊ mẽbris oibus cor-
poris diſſipatur: ſicq; ſatis colliſus excuſſo cere-
bro ſpm̃ exhalauit. viij. idus iulij. Cui⁹ corpus
ad partes aſparis tractũ: ibiq; dimiſſum ab he
reticis: vt a canib⁹ voraretur: a catholicis viris ibi
dem ſepultum eſt. Imperator autem conſtan-
tinus pro tanto ſcelere ⁊ alijs commiſſis vltio-
ne diuina vermibus ſcaturiens vitam miſerran
dã finiuit. Cui michael filius eius vir ꝑ omnia
catholicus ei ſucceſſit. Poſt annos vo. cxxij.
xpiani ⁊ religioſi viri diuina reuelatiõe corpus
ſctm̃ ide ſublatũ ad mõaſteriũ charmonã trãſ-
tulerũt: miris refragrãs odorib⁹ ⁊ miraculis co
ruſcãs. Qd poſtmodũ a venetis inde leuatũ et
venetias delatũ in monaſterio ſcti Georgij ma
ioris quieſcere dr ab incolis eiuſdẽ ciuitatis.

De ſancto Procopio martyre. Cap. lxx.

PRocopius martyr
in paleſtina paſſus eſt: q̃ a ſcytho-
poli ductus ceſaream ad primam
eius cõfeſſionem: ⁊ reſponſionis
eius confidentiã a iudice fabiano
capite ceſus eſt. viij. idus Julij: vt ait Hierony
mus: ⁊ colligitur in martyrologio adonis.

¶ De ſancto Cyrillo epo τ martyre. Cap. lxxi.

Cyrillus epus τ martyr rome paſſus eſt: qui flammis iniectus illeſus euaſit: ac ſtupore tãti miraculi a iudice dimiſſus eſt. Qui etiã poſtmodũ: cũ xpm inſtãter τ alacriter predicaret: et plurimos ad dñm conuertiſſet: iudex penitentia ductus ipſum capite cedi fecit ſeptimo idus iulij.

¶ De ſancto Cyrillo martyre. Cap. lxxij.

Cyrillus diaconus et martyr in heliopoli ciuitate: que eſt circa montẽ libanũ imperante conſtãtino paſſus eſt. Hic eñ cũ multa idola cõtriuiſſet: τ ignib' cõbuſſiſſet: pagani ipm tenuerũt: quẽ nõ ſolũ pemerũt gladijſq τ lanceis effoderunt: ſed etiaz nimia pietate eius ventrẽ execantes inteſtina eduxerunt: τ ex iecore ipſius comederũt. Verũ quicũq huius immanitatis perticipes extiterũt: vltionẽ condignã cõſecuti ſunt. Nã aliqui ſubito dentes omnes amiſerunt. Aliquorũ lingue putredine conſumpte ſunt. Aliquibus oculi de capite ceciderunt. Hec caſſiodorus. vi. libro hyſtorie tripartite.

¶ De ſancta Anatholia virgine et Audace martyribus. Cap. lxxiij.



Anatholia virgo τ audax martyres i ciuitate tyro italie paſſi ſunt tẽpore decij ceſaris ſub fauſtiniano p̃ſide. Poſtq̃ eñ anatholia virgo victoriã virginem ad pudicitie obſeruantiã cõuertiſſet: vt ſupra dictũ eſt in paſſione victorine. x. kalendas ianuarij: τ in piceno oppido multos infirmos curaſſet: τ demoniacos liberaſſet: in prefata tyro ciuitate a fauſtiniano preſide detinetur: τ diuerſis plagarum ac tormentorum generibus cruciatur: deinde cum ſerpente horribili in carcere per noctem includitur: ſed ab eo minime leditur. Mane quoq aperto carcere ſerpens audacem veneficum: qui ipſum ad virginem immiſerat: aggreditur: ſed eius morſibus iuſſu anatholie liberatur: τ ſerpens ilico effugatur. Sicq audax ad fidem conuertitur: τ ipſe quoq in cuſtodia duriſſima vinculatur. Virgo autẽ chriſti cũ in oratione perſiſteret: iuſſu preſidis gladio per latera trãſuerberat'. Cuius corpus a chriſtianis in tyro oppido ſepelit'. Audax vero de carcere educitur: et xpm confeſſus capitali ſententia coronatur. Et quia de oriente fuerat: corpus eius ab vxore τ filijs eo tranſlatum eſt: qui paſſi ſunt. vij. idus iulij.

¶ De ſancto Brithyo epo. Cap. lxxiiij.



Brithy' epiſcep' i ciuitate martula claruit: q̃ dum xpm dñz p̃dicaret: a iudice martiano cõp̃henſus ẽ: cui iuſſit p̃ſes os ei' lapide diu cõtũdi: deĩde i equuleo ipm leuari τ crudel'r torq̃ri. Et cũ in dei ɔfeſſione pduraret: in carcerẽ truſus ẽ. Nocte vero facto pmaximo terremotu ciuitas tota cõcutit': τ ruẽte pariete martian' opprimitur. Brithyus aũt ab angelo et a beato petro apl'o viſitat': de carcere educt' eſt. Qui deinde mľto tpe xpi euãgeliuz circũq̃q p̃dicãs: magnaſq pplo⁊ multitudines oĩpotẽti deo lucrifaciens vij. idus iulij q̃euit i pace. Cui' aĩaz aſtãtes viderũt i ſpẽ colũbe niuee celos agil'r aduolãrẽ.

¶ De ſctis zenone τ alijs mar. Cap. lxxv.

Zenon et alij decem milia ducẽti τ tres martyres xpi rome ad guttã iugiter manãtem martyriũ paſſi ſunt. Qui p diuerſa ſupplicia trucidati xpm dñm in ſuis corporib' glorificãtes coronas triũphi celeſtes obtinere de manu domini meruerunt: ſeptimo idus iulij: vt dicit ado.

¶ De ſancto zenone abbate. Cap. lxxvi.

Zenon abbas i heremo thebaidis claruit: de quo ſcribitur: q̃ de cella egreſſus dũ p heremũ oberraret: iã triduo fatigat' fameq defectus quaſi mortuus cecidit: cui repẽte puer ſpecioſus aſtitit: panemq ei ac vinum preſentauit: ille autez fantaſma dubitans orationez premiſit: τ ſic ſecurus manducauit. Eodemq inſtante puero: et vt ſequeretur admonente: eidem ducatum vie prebuit: τ ad cellam vſq reduxit. Quo cuz ſanctus intrans oraſſet: ille diſparuit: τ abbas ipſum angeluz dei fuiſſe cognouit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſanctis ſeptem fratribus martyribus. Cap. lxxvij.



Septem fratres filij ſancte felicitatis martyris rome ſub antonino p̃cipe paſſi ſunt. Quo⁊ nomina hec ſunt: Januarius: Felix: Philippus: ſiluanus: alexander: vitalis: et martialis: horuz mater in viduitate manens ſuã domino vouerat caſtitatẽ. Quos omnes fratres ſimul cum matre ad ſuggeſtionem pontificum idolorũ antoninus imperator

detentos publio vrbis prefecto tradidit ad
deoꝛum ſacrificia compellendos. Qui pꝛimo
quidem matri ſuadebat: vt ſui ⁊ filioꝝ ſuorum
miſereri deberet. Cum autē felicitas: nec blan
dicijs allici: nec terroꝛibus frangi poſſet: quin
potius filios hoꝛtaretur: vt in chꝛiſti confeſſio-
ne conſtantes perſiſterent. Juſſit eā prefectus
alapis cedi: deinde in carcere recipi: vbi multo
tempoꝛe macerata eſt. Poſt hec cū publius oēs
ſeptem fratres ſingillatim vocatos hoꝛtaret: vt
dijs immolarēt: illiq; omnino eius monitiones
contemnerent. Juſſit illos ſucceſſiue flagellis
cedi: deinde in cuſtodiam recipi. Et cū hec oīa
imperatoꝛi ſuggeſſiſſet: miſit antonius illos
per varios iudices: vt varijs ſupplicijs punirē
tur. Ex quibus pꝛimus iudex ianuarium tam
diu plumbatis cedi fecit: ꝙ diu ab eo ſpiritum
excuſſit. Alter ꝟo felicem ⁊ philippū fuſtibus
mactauit. Alter ſiluanum pꝛecipitio interemit.
Alter alexandrum: vitalem ⁊ martialem capita
lem ſubire ſententiā mandauit. Qui paſſi ſunt
vi. idus iulij. Mater ꝟo felicitas poſt menſes
iiij. paſſa eſt: vt in eius paſſione dicit. ix. kalē.
decembꝛis circa annos domini. cx. Quoꝛū coꝛ-
poꝛa rome a fidelibus tumulata ſunt.

¶ De ſanctis Rufina ⁊ Secunda vir
ginibus et martyꝛibus. Cap. lxxviij.

Rufina et ſcda ſoꝛoꝛes ꝟgi-
nes rome marty-
riū paſſe ſunt ſub perſecutiōe va
leriani ⁊ galieni imperatoꝝ. He
nobiles ciues romane: patre aſte
rio: matre aurelia claris oꝛte na-
talibus ab infantia xpiane armētario ⁊ verino
gentilibus in ſponſas tradite ſunt. Quas cum
ſponſi earū xpianas cognouiſſent: ſatagebant
eas ad deoꝝ ſacrificia perducere. Quoꝝ per-
ſuaſiones virgines chꝛiſti declinare cupiētes:
aſcenſo vehiculo vrbē egreſſe ad pꝛedium ſuū
quod in partibus tuſcie poſſidebant confuge-
re cupiebant. Quod vbi armētarius ⁊ verinus
cōparuiſſent accuſauerūt eas archeſilao comi-
ti: qui eas cū ſuis militibus inſecutus miliario
ab vrbe. xiiij. in via flaminia ipas cepit: ⁊ ad vr
bem reuocans iunio donato pꝛefecto pꝛeſenta
uit: ⁊ ꝙ xpiane foꝛent denunciauit. Quas pꝛe-
fectus vſq; ad diē tertiam carceri tradidit: de-
inde rufinam ſibi pꝛeſentari iuſſit: ⁊ vt dijs im-
molaret perſuadere cepit. Cū autē illa xpm cō
fiteretur: ⁊ deos gentiū deteſtaretur: mādauit
eam acriter flagellari: ⁊ ſecundā de carcere ad
duci: vt ſoꝛoꝛē cedi cōſpiceret: ⁊ ſic eius animū
deterreret. Secūda autē exclamabat ꝙ pꝛefe-
ctus ſoꝛoꝛē ſuam gloꝛificabat: ⁊ ſe multū inho-
noꝛabat. Stanſq; ſecunda ſoꝛoꝛē in verberibus
ↄfoꝛtabat. Tūc iuſſit eas pfectus in tenebꝛoſo
loco recludi: ⁊ fumū ſtercoꝝ fieri. Fumus aūt
ille vt tymiama exhalabat: ⁊ delectationē nari
bus virginū miniſtrabat. Tenebꝛe autem carce
ris luce qſi meridiana ſupinfuſa effugate ſūt.
Iterū iuſſe ſunt in ſuis balneis icludi: ⁊ nocte
integra lignoꝝ incēdia miniſtrari. Et ingreſſi
miniſtri poſt tres hoꝛas diei ſubſequētis: vt earū
coꝛpa inde eijcerēt exanimata: inueniūt intus
balneū tepidū ⁊ vapoꝛatū. Quas pfectꝰ inſimul
fecit colligari: ⁊ ligato ſaxo ad collū ambarū in
tyberim pcipitari. Cū quo ſaxo ꝑ dimidiā fere
hoꝛam emerſerūt: ⁊ que vnde miſſe fuerant in
ſuperioꝛibus vndarum ſericis indute apparue
runt. Quod audiens pfectus: ⁊ artibꝰ hec ma-
gicis attribuēs tradidit eas archeſilao comiti
puniendas. Qui iuſſit eas duci in ſiluam in via
coꝛnelia miliario. x. ab vrbe in fundo qui vocat
buxo: ⁊ illic rufinam ceruice cedi. Secūdā ꝟo
gladio capite percuti: ⁊ coꝛpoꝛa lupis voꝛanda
derelinqui. Sancte aūt virgines per viſionem
matrone cuidā plautille apparētes gemmate:
videlꝫ in thalamo ſedētes eā admonuerunt: vt
ipſarū coꝛpoꝛa tumularet. Quod illa deuotius
adimplere curauit: ⁊ in ipo ſuo pꝛedio virginū
coꝛpoꝛa recondidit. vi. idus iulij.

¶ De ſancto Paterniano epiſcopo ⁊
confeſſoꝛe. Cap. lxxix.



Paternianus epiſcopus cū
eſſet abbas in pale
ſtina: ⁊ ↄgregatio-
nem monachoꝝ in omni reli-
gione coꝛrigeret: ⁊ tunc tem-
poꝛis chꝛiſtianoꝝ perſecutio
deſeuiret: oꝛauit ad deum cum
lachꝛymis vt ſibi locum oſten-
deret: in quo ſe cum monachis
ſuis ſaluare poſſet. Cui apparuit angelus ra-
phael: eumq; monuit vt in egyptū pergeret: et
ibi ſalutem animarū ⁊ coꝛpoꝝ inueniret. Qđ
cū abbas fratribus retuliſſet maurētius ppo-
ſitus fratres hoꝛtabat: vt iuxta viſionē oſtēſam
cum abbate peregrinarent. Igitur aſſumptis
ſarculis ad terrā colendā: ⁊ ſeminibus ad ſe-
minandum pfecti ſunt: et angelo raphaele du-
catum pꝛebente ad egypti heremū deuenerūt:
vbi ⁊ paruū ſibi cenobium conſtruxerūt. Ibiq;
die ac nocte deo in ieiunijs ⁊ oꝛationibꝰ ſeruire
curauerunt. ¶ Cum aūt eſcas aliquas ad eden
dū nō haberēt: nec in loco ipſo iuenire poſſent:
⁊ fratrū ↄgregatio murmuraret: oꝛauit pater-
nianus ad dn̄m. Et ecce apparuit angelꝰ dn̄i in
ſynogali ciuitate cuidā diuiti: admonens eū vt
famulis dei qui fame deficiebāt ac frigoꝛe ve-
ſtes ⁊ cibaria miſtraret. Qui ↄſulto qdā ſapiē-
te. lxx. camelos oībꝰ cibarijs ⁊ monachoꝝ cucul
lis onerauit: ⁊ ad collū pmiſqllinā appēdit: vt
viā ceterꝫ exhiberet. Qui recto curſu āgelo du
ce ad cellā paterniani puenerūt. qđ mōachi vidē
tes deo grās egerūt: ⁊ cameꝫ exonerat pedes
lauerūt atq; poſt dies tres eos oleribꝰ onerātes

ad eorum dominum remiſerunt: qui dei nutu ꝑ
viā quā venerant: regreſſi ſunt. ¶ Poſt hec ter
tia die apparuit diabolus in ſpecie puelle viro
dei dicēs: ꝙ puella venalis i terrā egypti vene
rat: quam dominus ſuus ad aquam hauriēdam
miſerat: que domū redire volens in via errave-
rat: ⁊ ad locū ipm deuenerat: querens a ſancto
viro manſionē. Quā cū ſanctus vti ſpecioſam
iuuēculam licentiaret: puella allegabat: ꝙ eius
negligentia faciliter a feris deuorari poſſet: et
abbas de eius anima deo rationem redditurus
eſſet: quod audiens paternianus ipam quaſi ex
cōſcientia intromiſit: cuius allectus pulchritu-
dine tentari cepit: ſentiens ꝟo figmenta diabo
li ignem accēdit: ⁊ ipm in faciem puelle excuſ-
ſit: moxqꝫ diabolus euanuit. ¶ Deinde venerūt
ad eum ciues de oppido vris: ⁊ ipſum in ſuum
epiſcopum conſtituerunt: qui in ipo epiſcopa-
tu prefuit annis. xlij. ⁊ multa miracula oſtēdit:
inter que ſaluiā ancillam dei: que annis. vij. ce-
ca fuerat illuminauit: ⁊ claudum vnum erexit.
Nouiſſime angelus domini ei apparuit: obitū-
qꝫ ſuum poſt dies. xxx. futurum predixit: ⁊ ad
vicum thanacum in fundo bathyganio iuſſit: vt
accederet vbi ⁊ pauſaturus eſſet: ſignumqꝫ vo
cationis ſue fumum de vico exiturum predixit:
⁊ ꝙ terra fuliginabit. Qui mox ad locum con-
ſtitutum ꝓperauit: ⁊ ſignis ab angelo datis ap
parentibus: ipſe in pace quieuit ſexto idus iu-
lij: ſepultus in ſuo epiſcopatu.

¶ De ſanctis Januario ⁊ ſocijs
martyribus. Cap. lxxx.

IAnuarius: mari-
nus: nabor: ⁊ felix apō aphri-
cam paſſi ſunt: qui perſecutio
ne vigente aduerſus xpianos
cum ſacrificare idolis recuſa
rent: a perſecutoribus decol-
lati triūphum meruerūt obti-
nere martyrij. vi. idus iulij: vt ait ado i martyl.

¶ De tranſlatione ſctī bñdicti. Cap. lxxxi.

TRāſlatio corporis
ſancti benedicti abbatis: tpe cō
ſtātis imꝑatoris facta eſt: vt ait
hugo floriaceñ. Cū enī monaſte
riū mōtis caſſini: quod a beato
benedicto edificatū fuerat: a longobardis de-
ſtructū eſſet: corporaqꝫ beatorū bñdicti ⁊ ſcho-
laſtice eius ſororis in eodē ſepulchro tumulata
ibidem ſine vlla veneratione dimiſſa fuiſſent.
Mimolinus abbas floriaceñ. diuina relatione
premonitus: miſit aigulphum monachum ſuū
ad predictum monaſteriū caſſineñ. vt inde cor-
pus ſancti benedicti floriacum deferret. Quo
tempore etiam ex vrbe cenomaneñ. quidam ad-
uenerant ad corpus ſancte ſcholaſtice transfe-
rendum: qui aigulpho adheſerūt: donec romā
inſimul peruenerunt. Cum autē aigulphus cau
ſam aduentus illorum didiciſſet. Ipſe ꝟo eiſdē
cur venerat minime reuelaſſet: cogitauit vtrū-
qꝫ corpꝰ habere poſſe. Dimiſſis ergo ſocijs ro-
me: ipſe montem caſſinum feſtinus acceſſit: vbi
nocte orans ſuper ſepulchrū ſanctorū lucē ma-
ximam conſpexit. Mane autē facto: effracto tu
mulo oſſa ſanctorum benedicti ⁊ ſcholaſtice in
ſporta collegit: ⁊ aſportauit. Rediens autē in
itinere ſocios dimiſſos inuenit: qui audito: ꝙ
vtrunqꝫ corpus haberet: corpus ab eo ſcholaſti
ce de gratia petierunt. Aigulphus autē hoc fa
cere non poſſe reſpondit: niſi abbati ſuo iſtud
placeret. Sicqꝫ cenomanenſes ſecum vſqꝫ flo-
riacum venerunt: ⁊ a mimolino abbate corpus
ſancte ſcholaſtice de gratia obtinerunt. ¶ Cum
aūt oſſa bñdicti ab oſſibꝰ ſcholaſtice aliter ſe-
cernere neſcirēt: ſingula locula ꝑauerūt: ⁊ oſſa
maiora in vno, ⁊ minora in alio vti meliꝰ eiꝰ viſum
fuerit ſegregatim poſuerūt: iudicātes ex arbi-
trio maiora maris: minora eē mulieris. Quo fa
cto ipoꝝ iudiciū veꝝ fuiſſe: tali examine ꝓbaue
runt. Nā corpus defuncti viri ſuꝑ oſſa: que pu-
tabāt eſſe ſcholaſtice: corpꝰ aūt defuncte femi-
ne ſuꝑ oſſa: que putabant eſſe benedicti poſue-
runt. Et neutrum eorū vitā recepit. Cū aūt ecō
uerſo: corpꝰ viri ſuꝑ oſſa maris: corpuſqꝫ femīe
ſuꝑ oſſa mulieris collocaſſent: ⁊ orationē pre-
miſiſſent: vterqꝫ mortuorū cōtinuo viuꝰ ſurre-
xit. Quo miracl'o oſſa vtriuſqꝫ ꝟa cognita ſunt:
cenomanenſes ergo ſecum ad ciuitatē ſuam tu
lerūt corpus virginis ⁊ floriacenſes monachi
in loco ſuo ſepelierunt corpus abbatis. ¶ Si-
gibertus dicit: ꝙ penonꝰ ciuis nobilis ⁊ diues
brixieñ. tempore Gregorij pape ſecundi caſſi-
nū monaſteriū: qd̄ ānis. cx. deſtructū fuerat: de
proprio reparauit. Anno. x. conſtātini. iiij. vt ꝑ-
fatus hugo ſcribit. Caſſineñ. monachi auctore
karolo magno rege francorum a zacharia papa
impetrarūt: vt eis corpus ſancti bñdicti a flo-
riacenſibus redderet. Qui venientes floriacū:
dum corpus leuare vellent: tali cecitate ꝑcuſſi
ſunt: ꝙ ſe inuicē videre non poterant: nec a deo
vſqꝫ lumē eis reſtitutū eſt: donec intelligentes
corpus ſanctum ibi quieſcere velle: id dimitte
re propoſuerunt. Facta eſt autem eius tranſla-
tio. v. idus Julij.

¶ De ſancto Pio papa ⁊ mar. Cap. lxxxij.

PIus papa et
martyr: natione italus
de ciuitate aquileia ex
patre rufino: igino pa
pe i epatu romano ſuc
ceſſit: ⁊ ſedit ānos. ij.
menſes. iiij. dies. xxi.
Hic conſtituit hereti-
cum ex iudeorū hereſi
venientem ſuſcipi ⁊ baptizari: ⁊ conſtitutū de

eccleſia fecit. Sub eius epiſcopatu hermes librum compoſuit: in quo mādatum continetur: quod ei precepit angelus domini: cum ad eum venit in habitu paſtoris: ⁊ precepit ei: vt ſanctū paſcha die dominico celebraretur. Quod ⁊ ipſe pius epiſcopus conſtituit. Hic fecit ordinationes .v. per mēſem decembrium presbyteros .x. diacones .xxi. ⁊ epōs per diuerſa loca .xij. Sub eius etiam tempore rome due ſacratiſſime germane virgines claruerunt: ſcȝ potentiana ⁊ praxedis qui etiam ſub perſecutione Antonini et marci martyrij gloriam adeptus eſt. Et ſepultus eſt cum fratribus ſuis iuxta corpus beati petri in vaticano .v. idus Julij. Et ceſſauit epiſcopatus dies .xiiij.

¶ De ſanctis Eulogio ⁊ ſocijs martyribus. Cap̄. lxxxiij.

**Eulogius cuȝ alijs** tribus martyres apud conſtantinopolim paſſi ſunt. Quorum dies triūphi recolitur .v. idus Julij: vt ex martylogio adonis ſcriptum habetur.

¶ De ſancto eulogio presbytero ⁊ confeſſore. Cap̄. lxxxiiij.



**Eulogius** presbyter alexādrinꝰ: vt ait hieronymus: ⁊ heraclides cogitationes hominū a deo ipi reuelatas cognoſcebat: quoſdāqꝫ euchariſtiam ſumere volētes a communione ſacra remouebat: eiſqꝫ peccata ſua ſecretiꝰ reuelabat: ⁊ ſic illos ad penitentiam prouocabat. Hic dei amore elephantioſum quēdam omni tempore vite ſue fouere promiſit. Quem dū annis .xv. ſedule confouiſſet ille diabolo procurante ingratus beneficij in eulogio cōuitia importabilia inferebat. Cum autē eulogius hinc propter votum emiſſum: hinc propter infirmi importunitatem perplexus maneret. Antoniū abbatem vna cum leproſo adijt conſulendum. Qui cum ad monaſterium macarij deueniſſet: repperit ⁊ illuc antonium attigiſſe. Qui ab eo aduocatus ⁊ ſuper patina: ac perſeuerantia doctus: infirmus quoqꝫ ab eodem antonio ad gratitudinem eſt prouocatus: vnde ambo ipſi ſedato ſcandalo adinuicem perſeuerantes manſerunt: et ad cellam ſuam redeūtes poſt dies quadraginta. Eulogius inde poſt triduum ⁊ leproſus ſpiritum tradiderunt. Feſtum autem eulogij agitur quinto idus Julij. Hec Heraclides et in vitis patrum.

¶ De ſanctis Januario ⁊ Pelagia martyribus. Cap̄. lxxxv.



**Januariꝰ et** Pelagia martyres apud minorem armeniam in ciuitate nicopoli paſſi ſunt. Qui tēpore perſecutionis pro confeſſione nominis xp̄i ſub licinio impatore primo: in equuleo leuati ⁊ diutius torti. Deinde vngulis crudeliter lacerati: ac demū in carcere victi teſtarūqꝫ fragminibus diebus .iiij. cruciati glorioſum martyriuȝ impleuerūt .v. idus Julij: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Hermacora epō et Fortunato mar. Cap̄. lxxxvi.

**Hermacoras epūs ⁊** Fortunatꝰ archidiaconꝰ martyres apud vrbem aquileiam paſſi ſunt. Jmperante nerone ſub preſide ſeuaſto. Cum enim beatus Marcus euangeliſta apud eandem vrbem a beato petro apoſtolo directus multo tēpore predicaſſet: ⁊ ad magiſtrū reuiſendum accedere vellet. Hermacoram ciuem aquileieſī. eius diſcipulum a populo in epiſcopum electum romam ſecum adduxit: quem beatus petrus loco marci aquileie epiſcopum conſecrauit: ⁊ ad ipſum eccleſiā gubernandam deſtinauit. Marcum xͦo alexandriam miſit: vt hec omnia dicta ſunt ſupra in paſſione ſancti marci .viij. kalē. maij. Jgitur beatus hermacoras aquileiam veniens eccleſiam ſuā feliciter gubernauit: ⁊ plures ſacerdotes ⁊ leuitas ordinauit. Jnter quos fortunatum quendā eius archidiaconem cōſtituit. Jpſe autem verbum domini iugiter predicabat: et miraculorum inſignium gloria clarebat. Nam ⁊ cecos illuminabat: ⁊ egros quoſcūqꝫ ſanabat: ⁊ obſeſſos a demonibus liberabat: vnde ⁊ infinitū ex multis ciuitatibus ad ſe cōcurrentē populum conuertebat. ¶ Cum autem ſeuaſtus quidam preſes ciuitatem aquileie ingreſſus eſſet: pontifices idolorum accuſauerunt. Hermacoram epiſcopum: ꝙ templa deorum deſtrueret: ⁊ populum ab eorum cultura ſubtraheret. Quem p̄ſes cōprehendi iuſſit ⁊ ſibi preſentari. Cui cū preſes ſuaderet: vt deos coleret ⁊ a xp̄i predicatione ceſſaret. Reſpondit hermacoras: ꝙ ex iuſſione dei ordinatus epiſcopus non poſſet quieſcere a predicatione chriſti: vt a diabolo detentos reuocaret ad regnum domini: Cunqꝫ in confeſſione nominis chriſti conſtanter p̄ſtiteret. Juſſit illum preſes extendi ⁊ neruis crudis diutius cedi. Et cum ſanctus martyr in his gratias ageret: ⁊ preſidis tormenta derideret: fecit eū in equuleo ſuſpendi: et pectus eius vnguibus radi: poſtea precepit laminas ferreas canden-

tes eius pectori imprimi: ⁊ lampades ardentes lateribus applicari. Et cū ipſe multomagis chriſtum laudaret: populuſqꝫ vnanimiter exclamaret: ꝙ ſanctus dei ſine vlla cauſa tormenta ſuſtineret. Seuaſtus furorem populi metuens eum carceri mancipauit: vbi orante hermacora lumen ingens per noctem refulſit: ⁊ odor ſuauiſſimus emanauit. Quod cernens pontianus cuſtos carceris conuerſus eſt ad chriſtum ⁊ ianua reſerata ad pedes ſancti martyris veniam poſtulabat. Quem ſanctus hermacoras vocato fortunato diacono ſuo: poſt triduanū ieiunium baptizauit. Qui egreſſus ſe xp̄ianum cepit proclamare: ⁊ deos gentiū demonia aſſerere: vnde ⁊ eius exemplo multitudo populi ad carcerem concurrentes conuertebātur. Quidā vero videntes lumen carceris inde nullatenus diſcedebant. ¶ Hec audiens gregorius quidā nobilis ciuitatis filium ſuum annorum .xij. qui per triēnium a demonio vexatus fuerat: ad ſanctū martyrem adduxit: quē ille premiſſa oratione continuo liberauit: et ipm̄ vna cum patre ad xp̄m cōuertit: veniēſqꝫ media nocte ad domū eius permittente pontiano: gregoriū cum coniuge et duobus filijs atqꝫ cum familia baptizauit. Deinde ad carcerē ſponte rediit: ⁊ inſtantibus preſbyteris ⁊ clericis: vt ſi martyriū ꝑelegiſſet vel ſaltem ſibi paſtorē concederet: fortunatum eius archidiaconum illis delegauit. ¶ Hec cū audiſſet illuſtris quedam vidua nomine alexandria que lumen dudum amiſerat oculorum de conſenſu pontiani nocte ad ſanctū hermacorā in carcerem ingreditur: ⁊ ab eo mox illuminatur atqꝫ conuertitur. Et intra domum ſuam cū omni familia a fortunato diacono baptizatur. Quod cum preſes audiſſet: fortunatum detineri fecit: et cum hermacora cuſtodia mancipari. Tuncqꝫ multa miracula per eos fierent in carcere conſiſtentes. Seuaſtus preſes ad ſuggeſtionem pontificum timens populum qui per eos conuerſus erat: miſit nocte ſpiculatorem: ⁊ vtroſqꝫ in carcere decollari fecit: quorum corpora ac ſanguinem collectū pontianus cuſtos carceris recollegit: ⁊ occulte repoſuit. Deinde gregorius ⁊ alexandria memores beneficiorū ſuſceptorum corpora martyrum ſuſtulerunt: et iuxta muros aquileie in agro memorate alexandrie cum aromantibus condiderunt. Qui paſſi ſunt quarto idus iulij.

¶ De ſanctis Nabore et Felice martyribus. Cap. lxxxvij.

NAbor ⁊ felix martyres paſſi ſunt i ciuitate laudeñ. ſub maximiano imperatore. Cū enim idē ceſar mediolani degeret: ⁊ predicti duo milites tāꝙ xp̄iani eidē accuſati fuiſſent. Imperator eos detineri fecit: ⁊ ſingillatim interrogatos cū eos xp̄ianiſſimos cognouiſſet: in carcere per dies .xij. affligi mandauit: ita vt nec panis nec aqua miniſtraretur eiſdē: ⁊ die decimatertia eos educi fecit: et cepit illos ad ſacrificia ſuadere: ⁊ cū nullatenus animos eoꝝ inclinari poſſet: iterū eoſdē in cuſtodia recipi precepit. Poſt dies vero quattuor de cuſtodia educi: ⁊ extēſos fuſtibus cedi: deinde naborem in equuleo appendi: ⁊ lāpadibus aduri: ac vngulis laniari inſpectante felice. Et cum hec omnia ſuperaſſet: iuſſit eos ambos igne conſumi: qui miſſi in ignem incolumes permanſerunt. Pro quo iterum eos carceri mancipauit. Poſt aliquot vero dies cum imperator pergeret in ciuitatem laudeñ. iuſſit ſanctos cathenis vinctos ad exemplū chriſtianorum poſt ſe trahi: et poſt tertium diem ambos extra ciuitatem ſibi preſentari. Quos in chriſti confeſſione firmiter perſeuerantes: fecit eos primo fuſtibus cedi: deinde capite puniri. Qui decollati ſunt iuxta portam ciuitatis laudēſis apud fluuium celeram: quorum corpora quedā matrona ſabina noctu rapiēs in eodē loco ſepeliuit quarto idus iulij.

¶ De ſancto Naſone diſcipulo. Cap. lxxxviij.

NAſon diſcipulꝰ xp̄i ex antiquis ⁊ priorib' fuit: ⁊ ex .lxxij. vnꝰ: vt in martylogio adonis ponit: qui apud inſulā cyprum chriſti euangeliū predicauit: ⁊ plenus virtutibus ibidē ſancto fine quieuit quarto idus iulij.

¶ De ſancto Iohele ꝓpheta. Cap. lxxxix.



IOhel ꝓpheta de tribu rubē filius fatuel natus in agro bethoren eodem tēpore ⁊ ſub eiſdē regibus: quibꝰ ⁊ oſee ꝓphetauit videlꝫ in diebus ozie: ioathan: achaz: ⁊ ezechie regum iuda. Et ſicut ille ſub nomie effraim ad decē tribꝰ dirigit vaticiniū ſuū: q̄ vl' ſamariā vel iſrael ſepe memorat: ſic in hoc propheta: omne quod dicit ad tribū iuda directū eſſe intelligere debemus. Deſcripſit eñ terraꝫ duarū tribuū eruca: brucho: locuſta rubigineqꝫ vaſtandā. Et poſt euerſionē prioris populi predixit ſpūſſanctus effuſionem futurā ſuper ſeruos dei ⁊ ancillas: quod factum eſt die penthecoſtes in cenaculo mōtis ſyon. Et hic in bethoren in pace mortuus eſt ⁊ ſepultus .iij. idus iulij. Hic ꝓpheta ex numero duodecim ꝓphetarū colligitur: qui minores appellati in ſanctorum patrum catalogo Eccleſiaſtici .xlix. capitulo cōſcribuntur. Hec ioſephus ⁊ hieronymus: ⁊ ex hyſtoria ſcholaſtica.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De ſancto zorobabel duce. Cap. xc.

Zorobabel filius ſalathiel dux et princeps iudeorum de tribu iuda: inter veteris legis patres eccleſiaſtici .xlix. cap. conſcribitur. Hic tempore reedificationis tēpli domini ꝛ hieruſalē fuit: ꝛ ſub dario hydaſpis rege perſarum claruit. Cum enī: vt habetur in libris eſdre ꝛ neemie: cyrus rex perſarum ꝛ medoꝝ anno primo regni ſui dediſſet iudeis licentiam redeundi ad terrā natiuitatis ſue q̄nquaginta fere milia eoꝝ duce zorobabel ꝛ ieſu magno ſacerdote: de quo infra proxime dicetur: de chaldea vbi captiuati fuerant: in iudeam reuerſi ſunt. Et afferentes ſecum vaſa templi domini aurea ꝛ argētea .M.cccc. que reddiderat eis rex cyrus perſarum: ceperunt edificare templum domini in hieruſalem: verum impedientibus ſamaritis intermiſſum eſt opus vſq₃ ad annū ſecundū darij hydaſpis: igitur anno primo darij predicti: zorobabel filius ſalathiel vnus de nobilioribus iudeorum: familiarijs quodā ipius darij: cum audiſſet: ꝙ darius ipſe regnaret in perſide: fiducialiter aggreſſus eſt templum domini edificare in hieruſalem: aggeo ꝛ zacharia prophetis ad hoc exhortantibus populum iudeoꝝ. Principes vero regis perſarum: qui erant tranſflumen hoc agnoſcentes: interdicebant reedificationem. Cūq₃ reſpondiſſent ſeniores iuda: ꝙ deus ſuus hoc eis preceperat: placuit vtriſq₃: vt res ad darium regem perſarū deferretur. Et aſcendit zorobabel cum nuncijs principum ad regem: qui honoratus eſt ab eo vltra ꝙ̄ ſperabat. Nam cum alijs duobus cubicularijs in regis cubiculo dormiebat. ¶ Porro darius rex cenam exhibuit ſatrapis et prefectis perſarum ꝛ medorum ac magiſtratibus .cxxvij. prouinciarū. Eadem nocte expergefactus rex propoſuit queſtionem tribus cuſtodibus corporis ſui: quod de tribus fortius videretur: ſcꝫ rege: vino: ꝛ muliere: promittens munera et honorē ei qui ſapientius reſponderet in craſtino. Die vero ſequēti coram ſatrapis ꝛ magiſtratibus acceſſerunt illi tres: ꝛ ait primus regē eſſe fortiorē ceteris. Cum enī homo preſit cūctis animātibus rex preeſt hominibus ꝛ ad nutū eius omnia fiunt. Secundus autē protulit vini fortitudinem: qꝛ cum homo preſit ceteris in fortitudine: vinum ſuperat omnem animi fortitudinem: zorobabel vero tertius mulierem fortiorem rege vinoq₃ aſſeruit. Nam regibus et eis qui vites plantant: mulieres vinum conferunt et alimoniam ꝛ ad robur vſq₃ producunt: et pro mulieribus animas ponere nō timēt homines. Super hec autem omnia veritatem dixit eſſe fortioreꝫ: quia immutabilis eſt ꝛ ſempiterna. Quod cum ab omnibus iuxta dictuꝫ huius approbatum eſſet: dixit rex ad zorobabel: vt peteret ab eo quicquid vellet. Et poſtulauit tēpli reedificationem: ꝛ vaſa domus domini remitti in hieruſalem. Et gauiſus eſt rex. Nā idipſum meminit ſe vouiſſe anteq̄ fieret rex: ſi deus faceret ipſum regem. Et ſcripſit epiſtolam principibus ſuis trans flumen: vt nullatenus impedirent iudeos: ſed de ſumptibus regis iuuarēt eos. Qui zorobabel reditum faciens per chaldeam contribulibus ſuis regis mandata patefecit. Et aſcenderūt multi tunc hieroſolymam cum eo. Et ſic laxata captiuitate iudei ceperūt reedificare templū dn̄i in hieruſalem: anno ſecundo darij hydaſpis regis perſarū: quod āno vij. ipſius cōſumatū eſt: q̄ erat quadrageſimusſextus a prima licentia quam dedit cyrus rex perſarū reedificādi illud. Iuxta quod in euangelio legit. Quadraginta ꝛ ſex annis edificatū eſt templum ꝛc. Conuenerūt autē filij iſrael ad dedicationē templi: ꝛ dedicauerūt illud menſe xij. qui apud latinos martius dicitur .xxiij. die menſis. Et celebrauerunt paſcha ſm legem domini. De arca vero quomodo receperunt eam incertum eſt. Sed ſi verū eſt qd̓ epiphanius dicit eam vſq₃ ad iudiciū diem non egreſſurā de latibulo pene: in qua eam hieremias abſcondit: vt dictum eſt ſupra in legenda hieremie prophete kalen. maij. Certū eſt ꝙ iudei inſtar prioris edificauerūt alteram. Nam inter manubias quas tulerunt romani de iudea legunt tranſlata: ꝛ arca dn̄i ꝛ candelabrū ꝛ menſa. Completo vero tēpli edificio zorobabel in hieruſalē principatuꝫ tenuit iudeorū. Quo feliciter adminiſtrato cuꝫ patribus ſuis in pace dormiuit: et ſepultus eſt in hieruſalem iuxta ſepulchra regalia. Hec ex dictis ioſephi et hieronymi ꝛ ex hyſtoria ſcholaſtica: nenon ex chronicis guilelmi.

De ſancto Ieſu ſacerdote. Cap. xci.



Ieſus filius ioſedec ſacerdos iudeorū de genere Aaron ex tribu leui tempore quo ſupra in iudea claruit. Hic enī anno primo cyri regis perſarum cū zorobabel duce ꝛ iudeorum populo de chaldea egreſſus ī iudeam venit. Et reedificationi atq₃ cōſumationi templi domini prefuit ꝛ perſeuerauit vſq₃ ad annum. vij. darij hydaſpis regis perſarum. Templū etiaꝫ renouatū ipſe vti ſummus ſacerdos dedicauit. Et officiū ſacerdotale ſm legis mādata adminiſtrauit. Et hic in pace q̄ſcens in hierl̓m tumulatus fuit. Qui ꝛ Eccl̓iaſtici .xlix. ca. vna cum precedēte ſancto in catalogo ſanctoꝝ patrū cōnumeratus legit: ꝛ zacharie .ij. c. mltipl̓r de ſanctitate cōmēdat. Quos duos ſctōs eſdre ſacerdoti idcirco p̄miſi: qꝛ dies obitus ipſoꝝ certos reperire nō valui.

Nam ⁊ epiſcopū eſdrā modico tēpore preceſſerunt: cuius dies feſtiuitatis immediate ſubijcitur. Hec vnde ſupra.

## De ſancto Eſdra ſacerdote. Cap. xcij.



Eſdras ſacerdos Aaromin de tribu leui taz a ioſepho ꝙ a beato Hieronymo in ſanctorum patrum Priſci temporis numero colligitur. Cuius inſignia opera i eius libris recoluntur. Hic ſub artaxerxe rege perſarum claruit: qui in chaldea legē moyſi a chaldeis ſuccēſam quā memoriter didicerat reparauit. Nouos quoqz apices litterarum: qui faciliores ad ſcribendū ⁊ pronunciandū fierēt excogitauit. Et propter hoc ſcriba velox dictus ē. Addidit etiā quedā in veteri teſtamēto de ſuo ſicut titulos pſalmoꝝ ⁊ plura que in pētateucho legunt. Sic quoqz intelligēdū ē ipſum quedā ſuperflua ſubtraxiſſe. Tradūt etiā quidā modū ſcribendi a dextera in ſiniſtrā eum iudeis tradidiſſe: cū prius admodū aratitiū ſcriptitarent: vnde ⁊ ſcriptura exaratio ſolet dici. Scribebāt eñ a ſiniſtro cornu in dextrū: ⁊ a dextro redeūdo ſcribebāt in ſiniſtrū. Eſdras aūt inuenit gratiā in oculis artaxerxis regis perſarū: ⁊ impetrauit ab eo licentiam aſcendendi in hieruſalem: vt in lege quā reparauerat populū ſuū erudiret. Tradidit ergo ei rex epiſtolā ad ſuos principes tranſflumen: vt traderent Eſdre neceſſaria: miniſtros vo templi ab omni vectigali ⁊ tributo abſoluit. Dedit autē Eſdre ptātez amouēdi ⁊ cōſtituēdi iudices trāſflumē ſm ſapientiā ſuā: ⁊ puniēdi cōtumaces ⁊ fuerūt cū eo. clxx. viri ⁊ venerūt in hieruſalē menſe. v. Et ſiluerūt trib9 diebus. Quarto vo die obtulerunt q ſecum attulerant in domo domini. Tūc adiurauit Eſdras ſacerdotes pñcipes ⁊ leuitas vt pijcerent vniuerſas mulieres alienigenas: et eos q de eis nati erāt: nā plures filiabus alienigenaꝝ ſe copulauerāt. Fuit aūt eſdras eruditiſſimus legis diuine ⁊ clarus magiſter oīum iudeoꝝ q de captiuitate regreſſi fuerāt: vt dicit ioſephus. Primo aūt die ſcenophegiarū q celebrātur mēſe ſeptimo: legit eſdras corā oī populo librū legis dñi iuxta portā aquaꝝ de mane vſqz ad mediaz diē. Scd̄a vo die iuxta ꝑceptū legis tollentes arborū frōdes celebrarūt feſtū tabernaculorū. vij. diebus. Die vo. viij. fecerūt collectā quoad oleū ⁊ panes ꝓpoſitos ⁊ ligna ad ſacrificia. Poſt hec iuxta legē ſeparauerūt alienigenas ab eccl'ia ⁊ in craſtinum iſt emundationē ieiunauerūt: iuxta qd̄ eſdras illis mādauit. Cōuenerūt i octies ad audiēdā legē: quater videlicet in die: ⁊ quater in nocte: ⁊ lectiōe terminata populus ſternebatur ad orandū: ⁊ fiebāt preces ſup eū: ⁊ tandē benedictio ſacerdotalis. Correxit aūt eſdras populū: ⁊ erudiuit in lege dñi oībus diebus quoad vixit: ⁊ officium ſacerdotale ſtrenue miniſtrauit: eiqz ppl's in cūctis obediens fuit. Et mortuus eſdras in ſenectute venerāda: ⁊ ſepultus in hieruſalez. iij. idus iulij. Hunc quidā iudeorū autumant fuiſſe malachiā: ſed male. Nam malachias poſt regreſſum captiuitatis natus eſt in iudea: vt dicit Hieronymus. Hec ex libro eſdre: ⁊ ex dictis ioſephi hieronymi ⁊ hiſtorie ſcholaſtice: necnon ex chronica guilelmi.

## De ſctō Neemia propheta. Cap. xciij.



Neemias ꝓpheta filij helchie: q etiā inter ſctōs patres veteris legis eccleſiaſtici. xlix. cōnumerat tp̄e regis artaxerxis ꝑdicti in iudea claruit: ⁊ eſdre cōtēporaneus fuit. Cū eñ eſſet pincerna regis in ſuſis caſtro medoꝝ: ⁊ vidiſſet peregrinos hebraice loquētes: ſciſcitatus ē ab eis de ſtatu iudee ⁊ hieruſalē: ⁊ accepit ab eis vrbē eſſe ſine muris ⁊ habitare in ea ppl'm dei in afflictione. Nā ꝑ diē ſuſtinebāt impetū hoſtium ⁊ noctibus intrabāt latrūculi: ⁊ plateas implebāt cadaueribus occiſoꝝ. Et fleuit neemias: ⁊ cibū nō comedit. Cū regi vinū in mēſa leuaret: apparuit quaſi languidus ante eū. Et cū ipſum rex triſtitie interrogaſſet: illeqz ſibi audita expoſuiſſet: obtinuit a rege: vt mitteret hieruſalē ad muros edificandos: cōſtitutoqz ei reuertēdi tp̄e dedit ei rex ep'lam ad principes trāſflumē: in qua mādauit de honore neemie exhibendo tanꝙ duci ⁊ legato de latere: ⁊ de impēdijs vrbis reedificāde: ⁊ miſit cū eo principes ⁊ equites pl'es. Anno igit. xxv. artaxerxis venit neemias in hierl'm cū magno comitatu: reducēs ſecū multos de filijs captiuitatꝫ dū trāſitū faceret ꝑ babyloniā. Et ſiluit neemias tribus diebus: quarta vo die cōuocata multitudīe allocutus ē eos: ⁊ exhortatus ad opus. Et edificātib9 ipſis conſumatū eſt ē opus ꝑ annos duos ⁊ mēſes. iiij. licet i magna anguſtia ⁊ plurib9 ipedimētis. Primo eñ finitime nationes in manu forti aggrediebant eos. Neemias vo mediam partem populi armatā ſtatuit extra ciuitatē: vt ſuſtinerēt impeditus aggrediētiū: alia autez

media pars edificabat. Scḋo etiã orta eſt fames in terra: ⁊ obligauit ſe populus tributis ſub vſuris: ſed agros ⁊ vineas vẽdere cõpulſi ſunt: tandẽ etiã filios ⁊ filias. Tertiũ aũt impedimentũ fuit: ꝙ principes trãſ flumẽ iudeis inuidẽtes: corrupuerũt muneribus quoſdã de ſenioribus: vt neemiam occiderẽt. Qḋ cum nequirẽt: varijs eũ terrebant rumoribus: vt ſic ab ope ceſſarẽt. Tandẽ autẽ nõ preualuerunt aduerſus eũ: q2 manus dñi erat cũ eo. Poſtꝙ aũt edificatus ẽ murus: q2 ꝑcepit neemias: vt clauderentur porte ante ſolis occaſum: nec ante ortũ apirent̃. ¶ Cũ aũt mẽſes. vij. imineret: q̃ fere totus apud iudeos ſolẽnis eſt: cõuenerunt oẽs iudei in hieruſalẽ quaſi vir vnus. Cũq3 accepiſſet neemias: ꝙ non haberẽt ignẽ de ſublimi: traditũq3 eſſet ei a ſenioribus: ꝙ hieremias ꝓpheta tp̃e captiuitatis hierl'm abſcõdiſſet ſtipites altaris ⁊ prunas in inferiorib⁹ terre ĩ valle ioſaphat: iuit ad locũ: ⁊ eruderato puteo inuenerũt ſtipites ⁊ prunas atq3 aquã craſſã: tollẽteſq3 ea ſup ſtruẽ lignoꝝ ⁊ hoſtias q̃ erãt ſup altare, ꝓiecerũt ⁊ ſtatim erupit ignis. Orabãt eñ ſacerdotes: ionatha ichoãte: ceteriſq3 rñdẽtibus: neemias q̃3 ſpecialẽ edidit orationẽ. ¶ De inde neemias ⁊ eſdras cũ pp̃lo ꝓceſſerunt ad dedicationẽ muroꝝ. Quibus oĩbus rite pactis neemias reuerſus eſt ad dñm ſuũ regẽ ꝑſaꝝ anno. xxij. regni ei⁹. Et poſt longã etatẽ apud ꝑſidẽ dormiuit in pace. Sepult⁹ iuxta ſepulchra regalia. Hec ex libro neemie: ⁊. ij. macha. ij. cap̃. ⁊ ex alijs voluminibus quibus ſupra. Hic neemias quia dies dormitiõis eius necubi reperit̃: eſdre eius cõtemporaneo merito copulatur.

¶ De ſancto Sila diſcipulo. Cap̃. xciiij.

SIlas diſcipulus de. lxxij. vn⁹: vt plurimi aſſeuerãt vn⁹ fuit ex primis fribus: ⁊ vt dicit̃ act̃. xv. ab ap̄lis dñi cũ barnaba ⁊ iuda ad eccleſias gentiũ deſtinatus. Cum aũt paulus a barnaba diuiſus eſſet: idẽ ſilas ab ap̄lo in miniſteriũ aſſumptus predicatiõis officiũ gr̃a dñi plenus inſtanter cõſumauit: atq3 in paſſationibus ſuis xp̄m glorificãs: poſtmodum apud macedoniã requieuit. iij. idus iulij. Hic eñ ep̃s corinthioꝝ ab ap̄lo cõſtitutus fuit: q̃ ⁊ ſiluanus fuiſſe a q̃buſdã fert̃: ſed falſum ẽ: q2 ille theſſalonie: hic macedonie quieſcit.

¶ De ſctõ anacleto papa ⁊ mar. Cap̃. xcv.

ANacletus papa ⁊ martyr natione grec⁹ de athenis ex patre antiocho clementi primo romano põtifici in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit ãnos. ix. mẽſes. ij. dies. x. De iſto tacet euſebi⁹ in chronicis: ⁊ dicit ꝙ anacletus ip̃e ẽ qui ⁊ cletus. Sed damaſus papa ĩ chronicis romanoꝝ põtificũ quas ſcribit hieronymo: ponit eos diuerſos ⁊ dicit ꝙ clet⁹ fuit natõe romanus. Anacletus natiõe grec⁹. Hic memoriã bti petri ap̄li cõpoſuit ⁊ conſtruxit: fecit ⁊ alia loca vbi ep̃i recõderent̃ ſepulture. ¶ Hic a btõ petro adhuc viuẽte p̄ſbyter ordinat⁹ ẽ. Hic cõſtituit vt clericus nec comã nec barbã nutriat. Cõſtituit etiã vt nõ minus ꝙ a trib⁹ ep̃is ordinaret̃ ep̃s: ⁊ vt ordinatiões clericoꝝ palã fierẽt p̄nte plebe: ⁊ vt iimici vel ſuſpecti nõ poſſint accuſare p̄ſbyterũ. Hic ẽt põtifex oẽs fideles monuit ꝑ epl'a3: vt p̄ſbyteri p̄ ceteris honorẽt̃: dicẽs ꝙ deo ſacrificãtes nõ debẽt vexari: ſed portari: atq3 ab oĩb⁹ honorari: ⁊ ꝙ p̄ſbyteri qñ ſacrificãt ſecũ teſtes habeãt marie ep̃i: vt deo ꝑfecte ſacrificare ꝓbent̃. Hic fecit ordinatões duas per mẽſem decẽbriũ: p̄ſbyteros quinq3: diaconos tres: ep̃os ꝑ diuerſa loca numero. vi. Qui ſub nerone ĩpatore martyrio coronat̃. Et ſepultus ẽ iuxta corpus bti petri in vaticano. iij. id⁹ iulij. Et ceſſauit ep̄at⁹ dies. xiij.

¶ De ſctõ eugenio ep̃o ⁊ ſocijs mar. ca. xcvi



EUgenius ep̃us carthaginẽſ. cũ alijs plurib⁹ vt in ſcḋo hyſtorie aphricane victor aphricanus dicit ſub hunerico rege vandaloꝝ arriano paſſus ẽ. Hic hunericus ad iſtãtiã zenonis impatoris ⁊ placide auguſte eccl'ie carthaginẽſ. q̃ ꝑ ãnos. xxiiij. ep̃o vacauerat cõceſſit vt ſibi catholicũ ep̃m ordinaret: vñ ⁊ tũc eugeni⁹ elect⁹ ẽ. Qui cũ in eccl'ia p̄dicaret: ⁊ ab arrianis ꝓhiberi nõ poſſet. Hunericus rex ĩ eccl'ie foribus viros ſtatuit: q̃ oẽs catholicos ad eccl'ia3 accedẽtes palis in crinibus iactatis ⁊ cõtortis cutẽ cũ capillis abſtrahebãt. Quoꝝ aliq̃ oculos amiſerũt: aliq̃ ĩ ip̃o dolore defecerũt. Inde ꝑſecutiõe aggrauata dirigunt̃ catholici ad capũ vticẽſiũ: vt ceſpites meſſiũ deſiccarẽt: q̃ten⁹ ſub ardore ſolis deficerẽt. Qui magis ĩ xp̄o iocũdabant̃. Nã ⁊ q̃dã manũ hñs aridã ibidẽ miſſus ad op̃a ſanat⁹ eſt: ⁊ cũ alijs op̃abat̃. ¶ Poſt hec hunericus catholicos diuerſis ꝑſequẽs penis. Iocũdum ep̃m cũ pluribus eius clericis flãmis excuſſit: vxorẽ theodorici fratris ſui ⁊ gerſericũ nepotẽ ſuũ occaſione repta peremit. Inde oẽs milites catholicos militia ſoluit: ⁊ domibus eorũ diruptis ac ſubſtãtijs cõfiſcatis in inſulis ſar

dinie ⁊ ſicilie eos relegauit. Epoꝝ defūctorū bona fiſco adiecit: nec aliquos ordinare permittebat niſi grauē ſibi ſummā exoluerēt: virgines ſacras nudatas: ⁊ per plateas tractas diuerſis penis ignis ferri ⁊ verberū attractabat. Epos preſbyteros ⁊ clericos. ccccxcvij. ad exiliū heremi deſtinauit: inter quos erāt ſenes ⁊ decrepiti: ⁊ felix eps abritanus habēs in epatu annos. xliiij. paralyſi ꝑcuſſus. Eugenio aūt in exiliū cōſtituto mandatū eſt: vt cū oī ſuo clero carthaginez veniret de fide ſua cūz arrianis diſputaturus: vt inde cōtra eū occaſionem haberent. Qui veniēs cū nutu dei ſapiēter hereticos confutaſſet eccleſie catholice per oēm aphricam claudunt̄: epoꝝ catholicoꝝ ſubſtantie arrianis tradunt̄: ⁊ oēs catholici nudi vrbibus excludūt̄: nudiqꝫ ſub aere iacere dimittunt̄. Inde equis velociſſimis ſine freno vl' ſella plures ſupermittunt̄: vt equis diſcurrentibus mactarent̄. Poſt hec iurare cōpulſi fidelitatē filio hunerici: qui iurare noluerūt corſicam religant̄ ad ligna pro nauibus incidenda: qui vō iurauerūt redarguti: ꝙ cōtra textū euangelij iuraſſent: ad diuerſos agros colēdos deputati ſunt. Sanctus aūt eugenius cū vniuerſo clero ſuo qui erāt amplius ꝙ̄. ccccc. inter quos ꝙ̄plurimi erant lectores infantili cede ⁊ inedia macerati exilio depellūtur: ibidē in pace vitā martyrio cōſumātes. Regnauit aūt ſcelericus humericus ānos. vij. mēſes. x. ⁊ poſt hec ebulliēs vermib' infeliciter expirauit. Feſtū autem eugenij ⁊ ſociorū recolitur tertio idus iulij. Hec aphricanus.

¶ De ſancto Henrico imperatore primo ⁊ confeſſore. Cap. xcvij.

Henricus imperator primus ſcōs aūt rex romanorū: fuit primo dux noricoꝝ. Qui ipauit annis. xxiij. ⁊ mēſib'. v. ⁊ vacauit imperiū ānos. ij. Hic vxorē cūgundē nunꝙ̄ cognouit: ſed vna ſecū virgo pmāſit. Quodā vō tpe inueſtigante diabolo de quodā milite ipſaꝫ ſuſpectā hn̄s ſup cādētes vomeres xv. pedūvia nudis plātis illā incedere cōpulit. Cui cū ſe dn̄o cōmēdaſſet: vox de celo ſonuit: ꝙ vgo maria ipſam virginē liberaret. Totā igit̄ cadentē maſſam illeſa ꝑcurrit: ⁊ ſic ſuſpitio ceſſauit. Hic impator cū adhuc eſſet dux viſionē habuit: ꝙ ad ſepulchrū ſcti volfgangi ratiſponeñ. oraret: ⁊ in piete ſcriptū videret hoc ſolū vbū: poſt ſex. Nō ex hoc cogitās ſe poſt dies ſex moriturū: ipis traſactis. vi. hebdomadas: deinde. vi. mēſes. deinde. vi. annos cōputās mortē ſi infallibiliter expectabat. Sexto igit̄ anno circa finē dū mortē preſtolat̄ impator eligit̄: qui ſe totū diuino cultui dedicans: eccl'ias reparat. nouas edificat ⁊ dotat: ⁊ ꝑcipue bāburgeñ eccl'iam cathedralē. Orōnis grā viſitat monaſteriū caſſinenſe: dū vitio calculi laboraret. Cui ſctūs bn̄dictus apparēs ipm a calculo liberauit: ſed in ſignū miraculi characterē manere pmiſit. ¶ Hic ſctūs impator ſororē ſuā in cōiugiū tradidit ſtephano vngarie regi: ex hoc ipꝫ ⁊ regnū ad fidē cōuertēs. Qui ad extrema deueniēs: vxorē cūgūdē virginē parētibus reſignauit. Et dormiuit in pace pridie idus iulij anno regni ſui xxiiij. vite vō ſue. lij. anno autez grē. cxxiiij. Uxor aūt eius in ſctō ꝓpoſito perſeuerauit ⁊ ambo pariter in bāburgeñ. eccl'ia ſepulti ſunt miracl'is clarētes. ¶ Refert̄ quoqꝫ: ꝙ cū obijſſet ſctūs hēricus: multitudo demonū ante cellā cuiuſdā heremite trāſibat: q̄ aperta feneſtra iterrogauit vltimū q̄dnā eſſet. Cui ille rn̄dit: ꝙ legio demonū erat: qui ad mortē ceſaris ꝓperabāt: ſi forte aliq̄d ꝓpriū in eo inuenire poſſent: adiurat̄ q̄ꝫ: vt ad ſe redeat. Qui rediēs dixit: ꝙ nihil ꝓfecerat: q2 dū falſa vxoris ſuſpitio: ⁊ alia bona ⁊ mala in libra fuiſſent poſita: aduſtus ille laurētius ollā aureā immēſi pōderis attulit: ⁊ cū demōes ſupaſſe iā viderent̄: illa iactata ꝑ altera libre, marie pōderauit. Sicqꝫ demō ille iratus: vnā aurē olle preruperat. Ollā calicē vocabat: quem dictus Ceſar eccleſie euiſteñ. in honorē ſcti Laurētij fieri fecerat: cui ꝓpter magnitudinē due aures inerant. Repertū eſt aūt ⁊ tūc imperatorem migraſſe: ⁊ aurem vnā calicis fractam eſſe.

¶ De ſancto Phoca epiſcopo ⁊ martyre. Cap. xcviij.

Phocas epūs ⁊ martyr paſſus eſt in pōto ciuitate ſub traiano impatore. Hic pmū artē gubernatoriā exercuit: deinde diuina diſpoſitiōe ad epatū ſinopis ciuitatis peruenit. Cūqꝫ traianus impator in ptibus armenie xp̄ianos ꝑſequeret̄. Aphricanus eius prefectus phoca epm in vrbe pōto degentē detineri fecit: ſibiqꝫ preſentari. Quē cū multis exhortatiōibus ad deorū ſacrificia inuitaſſet. Phocas eps lōga verboꝝ diſceptatiōe aphricanū cōfundebat: ⁊ deos gētium demones affirmabat. Cū autē prefectus ei ſupplicia diuerſa cōminaret̄: orante ſancto immenſus imber effuſus eſt: terraqꝫ concuſſa: grando: fulgura: ac tonitrua terribiliter irruperunt. Aphricanus nimio terrore perterritus ſpiritum exhalans mortuus cecidit. Criſtiani autē aſſiſtentes ingētē lucē de celo fulgētē cernūt ⁊ āgelos tres igneos ſcti epi lateri aſſiſtētes: ipmqꝫ exhortātes

et exinde celos aduolantes. Quibus mira-
culis there̅tina vxor p̄fecti cu̅ filijs. v. phoce
pedibus aduoluta venia̅ ac vita̅ viro exani-
mi ſupplicabat. Qui oro̅ne p̄miſſa aphrica
nu̅ ſuſcitauit: ꝛ cu̅ oi familia ad xp̄m co̅uer
tit: q̄ cu̅ traianus imp̄ator audiſſet: phocam
co̅prehe̅ſum exhortabat̄: vt dijs immolaret.
Phocas au̅t petijt ſibi ipſos deos oſtendi.
Sed cu̅ imp̄ator ip̄z ad te̅plu̅ itroduxiſſet.
Sctu̅s martyr no̅ ſolu̅ ro̅nibus: ſed experi
me̅to ipſos no̅ deos: ſed ſimulacra inſenſibi
lia co̅probauit: p̄pter q̄d idignatus traian⁹
ip̄m in ligno ſuſpe̅di fecit ꝛ torqueri: atq̄z
vngulis ferreis vſq̄z ad nudatione̅ oſſiu̅ la-
cerari: que̅ orante̅ vox celica co̅fortauit. Im
perator audita voce pertimuit: phoca̅q̄z in
carcere̅ trudi fecit: ꝛ ce̅turione̅ noie criſpi-
nu̅ cu̅ mille militibus ad cuſtodia̅ eius ad-
hibuit. Orante v̄o ſcto̅ media nocte lux in
gens de celo refulſit ꝛ ianue carceris pate-
facte ſunt. Q̄d cu̅ vidiſſent ce̅turio ꝛ mili-
tes mille co̅uerſi ſunt ad chriſtum. Phocas
v̄o ipſos extra muros ad littus maris addu
xit: coſq̄z oe̅s baptizauit: dehinc ad carcere̅
redijt. Die v̄o ſeque̅ti traianus ip̄m eductu̅
ꝛ neptuno deo marino ſacrificare renue̅te̅:
in caminu̅ ignis arde̅tis immitti iuſſit: in q̄
p̄ tres horas ſine vlla leſione p̄durauit: inde
q̄z oino inuſtus exiuit: que̅ imp̄ator in ther
mis ante triduu̅ acce̅ſis itromitti fecit: vbi
cum oraſſet ad dn̄m: ſp̄m emiſit: corpus v̄o
intactu̅ a calore p̄ma̅ſit: q̄d etia̅ nimio odore
fragrabat. Balnee v̄o quaſi glaciali rigore
co̅gelate ſunt: quo du̅ traianus intraſſet: et
h̄moi miracula vidiſſet: ſtupefactus admo-
du̅ exiuit. Cui in thermaꝝ ianua ſctu̅s pho
cas lucidus apparuit: eiq̄z p̄dixit: q̄ poſt tri
duu̅ moriturus eſſet: ꝛ ad inferna deſce̅de-
ret. Statimq̄z traianus febriu̅ calore vexa-
tus: poſt triduu̅: vt phocas ei p̄dixerat expi
rauit. Corpus au̅t ſcti martyris in gallia ci-
uitate̅ armenie delatu̅: ibide̅q̄z ſepultu̅ eſt:
qui paſſus eſt pridie idus Julij.

¶ De diuiſione. xij. ap̄loꝝ. Cap̄. xcix.

DJuiſio ap̄loꝝ ad predica̅
du̅ idibus iulij ce
lebrat̄: quia eo die duodecimo
a̅no poſt aſce̅ſione̅ dn̄i ad eua̅-
gelizandu̅ verbu̅ dei p̄ mu̅duz
diuiſi aſſerunt̄: vt impleretur
oraculu̅ pſalmiſte dauid: q̄r in oe̅z terra̅ exi
uit ſonus eoꝝ ꝛc. ¶ Na̅ oriens ceſſit thome
ꝛ bartholomeo. Meridies ſimoni ꝛ Mat-
theo. Aquilo philippo ꝛ thadeo. Medium
mu̅di mathie ꝛ iacobo iuſto. Mediterra-
nei maris prouincie iohanni ꝛ andree. Oc
cidentis regna petro ꝛ iacobo zebedei. To
tus mu̅dus paulo ap̄lo datus eſt: ſ̄m q̄d in
eius collecta eccl̄ia aſſerit̄ dicens. Deus qui
vniuerſum mundu̅ beati pauli ap̄li predica
tione docuiſti ꝛc. Et cantat̄ in hoc feſto in
miſſa ep̄la. Corde em̄ credit̄ ad iuſticia̅. ro.
x. Et eua̅geliu̅. Eu̅tes in mu̅du̅ vniuerſu̅.
Mar. vlt. cap̄. q̄ ſole̅nitati marie co̅ueniu̅t.

¶ De ſctis. lxxij. diſcipulis. Cap̄. c.



SEptuagi-
taduo diſcipuli xp̄i
ad iſtar. lxxij. liguaꝝ
a b ip̄o electi poſt a-
ſcenſione̅ dn̄i ad pre
dica̅du̅ verbu̅ dei et
ipſi p̄ ſingl̄as quaſq̄z
orbis terre p̄uincias
ꝛ ciuitates diuiſi ſu̅t
ꝛ m̄ltaꝝ vrbiu̅ epiſcopat⁹ tenueru̅t. Quoꝝ
noia hec ſunt. ¶ Lucas euangeliſta: de quo
greco expoſitor viſibiliter inquit: ꝛ verbote
nus xp̄m adit. Cu̅q̄z veritate̅ agnoſceret ve
rus efficit̄ xp̄i diſcipulus: plurimu̅ cu̅ magi
ſtro co̅moratus. ¶ Cleophas: de quo Luce
xxiiij. fit me̅tio. Hi em̄ duo iba̅t in emaus:
vt innuit gregorius in prefatio̅e moraliu̅: ꝛ
ita dicit Theophilus. Ambroſius v̄o dicit
aliu̅ fuiſſe. ¶ Barnabas cuius paulus i plu
rimis meminit: ꝛ legit̄ in actibus ap̄loꝝ in
m̄ltis locis. ¶ Mathias qui p̄ iuda ap̄loꝝ
nu̅ero ſurrogatus e̅: vt d̄r act. i. ¶ Thade⁹
qui ad abagaru̅ miſſus eſt. Non em̄ hic fuit
ille qui ꝛ iudas d̄r frater ſimonis ap̄li: ſed
alius. Hos quattuor ponit euſebius primo
lib. cap̄. xv. Sequentes v̄o ponit abbas do-
rotheus. Quoru̅ noia hec ſunt. ¶ Ananias
qui paulu̅ baptizauit actuu̅. ix. ꝛ fuit poſtea
ep̄u̅s damaſci. ¶ Stephanus p̄thomartyr q̄
primus fuit iter. vij. diacones. ¶ Philipp⁹
vnus ex. vij. diaconibus qui ſimone̅ ꝛ eunu-
chu̅ baptizauit: ꝛ fuit ep̄s i thracia ſcythie.
¶ Procorus vnus ex. vij. ep̄is nicomedie bi
thynie. ¶ Nicanor vnus ex. vij. qui eade̅ die
cu̅ alijs duobus mortuus eſt: qua ꝛ protho-
martyr ſtephan⁹. ¶ Parmenas vnus ex. vij
qui dormit in niſibi. ¶ Nicolaus vn⁹ ex. vij.
fuit ep̄u̅s ſamarie: ſed apoſtatauit heretic⁹
factus: a quo ꝛ ſecta nicolaitaru̅ quos ioha̅-
nes apoc. ij. redarguit. ¶ Simo̅ vn⁹ ex. vij.
qui fuit ep̄s tyri ꝛ ſidonis. De his oibus ha
bet̄ act. vi. ¶ Titus in creta ep̄s fuit: ibiq̄z
predicans ſepultus eſt. De hoc ſepius ap̄ls
mentione̅ facit: ꝛ huic ſpeciale̅ ep̄l̄am diri-
git. ¶ Siluanus cu̅ paulo predicauit: ep̄u̅s
theſſalonice ibiq̄z dormit: de quo prima theſ
ſal. i. cap̄. ¶ Chryſches ep̄s calcedonie: qui
in cali factus eſt. ¶ Epheneus de quo Ro.
xvi. ep̄s carthagini factus eſt. ¶ Androni-
cus de quo Ro. xvi. ep̄s pannonie factus e̅.
¶ Ampliatus de quo vbi ſupra ep̄s edeſſe
factus eſt. ¶ Urbanus de quo ibide̅ ep̄s ma

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cedonie fuit. ¶ Stateus de quo ibidē: quem andreas apud pontuʒ mare nauigans in argicapoli thracie epm̄ conſtituit. ¶ Appelles de quo ro. xvi. eṗs eradie factus eſt. ¶ Philetus vel philegus eṗus epheſi: ſapuit ea que ſimonis magi ⁊ reſtitit apoſtolo: vt habetur ij. thimothei. ij. ¶ Hermogenes eṗus megare factus eſt ſimilis p̄cedēti: de his. ij. timothei. iiij. ¶ Demas de quo ibidē dr̄: qui apoſtatauit ⁊ ſacerdos idoloꝝ in theſſalonica factus eſt. De his p̄ie iohānis primo. Ex nobis ꝑdierūt: ſed non erāt ex nobis. ¶ Ampleius eṗus ſmyrne fuit ante policarpum cuius apl's meminit in ep'la ad romanos. ¶ Ariſtobolus de quo Ro. xvi. bethanie eṗus fuit. ¶ Tarciſſus de quo ibidē: q̇ ⁊ athenaꝝ eṗus fuit. ¶ Eradius qui eṗus epatre fuit: de quo vbi ſupra. ¶ Cicis qui apud galliaʒ p̄dicauit ¶ Agabus de quo actuuʒ. xiij. q̇ prophetico chariſmate dignus fuit. ¶ Rufus vel ruferius: de quo ro. xvi. q̇ ⁊ thebarum eṗus fuit. ¶ Aſyncritus de quo ro. xvi. q̇ hyrcanie eṗs fuit. ¶ Phlegontias de quo ibidem: q̇ ⁊ machationis eṗs fuit. ¶ Patrobas de quo ibidē: q̇ eṗus peloꝝ fuit. ¶ Hermes de quo ibidē: qui philopoles eṗus fuit. ¶ Linus q̇ fuit poſt beatū petrū rome eṗus: de quo. ij. timothei. iiij. ¶ Caius q̇ epheſi eṗus fuit de: quo ro. xvi. ¶ Philologus q̇ ab andrea eṗus ſinopis factus ē: de quo Ro. xvi. ¶ Liphaſus qui rome ſimul cuʒ paulo victus: ⁊ poſt eius martyriū decollatus eſt. ¶ Lucius de quo vbi ſupra: qui eṗus laodicie que eſt in ſyria fuit. ¶ Jaſon de quo ibidē: q̇ ⁊ eṗs tarſi factus ē. ¶ Soſipater vt dicit dorotheus eṗus iconij fuit: ſed origenes in prima gloſa dicit: ꝙ primus eṗus theſſalonice fuit traditione maiorū: de quo ro. xvi. ¶ Tertius q̇ ſcripſit ep'laʒ ad romanos dictante apl'o: de quo ro. xvi. ⁊ ſcd̄e timoth. iiij. ⁊ act. xix. eṗus meaidi fuit poſt hieroſolymoꝝ diſꝑſionem. ¶ Quartus de quo ro. xvi. eṗs fuit berithi. ¶ Apollo de quo prime corin. primo. qui eṗus cōnie fuit. ¶ Soſtenes de quo prime Cor. prio. q̇ ⁊ colophonie fuit eṗus ¶ Epaphroditus andriace eṗus fuit. de quo phi. iiij. ¶ Titicus de quo col. iiij. qui colophonie eṗus fuit. ¶ Ceſar de quo phi. iiij. q̇ ⁊ dirrhachij eṗus fuit ¶ Marcus barnabe cōſobrinus: qui de duabus ſororibus nati ſunt: vt dicit glo. col. iiij. ⁊ de hoc ibi in textu mētio fit: eṗus fuit apolimadis. ¶ Jeſus qui dicebatur iuſtus: de quo. iiij. libro eccleſiaſtice hiſtorie clentipoleos eṗus fuit. ¶ Antomas de quo timoth. iij. qui ⁊ lyſine eṗus fuit. ¶ Clemens de quo phi. iiij. primus ex gentibus credens: eṗus ſardiceñ. poſtmodū pontifex romanus. ¶ Oneſimus de quo p̄ie timoth. primo. q̇ ⁊ coronis eṗus fuit ¶ Carpus de quo prime timoth. iiij. qui ⁊ beronie q̇ eſt in thracia eṗus fuit. ¶ Enodius qui poſt petrū apl'm antiochie eṗus fuit. ¶ Ariſtarchus de quo col. iiij. ⁊ act. xx. q̇ apamie eṗus fuit. ¶ Marcus q̇ ⁊ iohannes de quo act. xiii. ⁊. ij. timothe. iiij. ⁊ ad philemonē: qui ⁊ bibli eṗus fuit. ¶ Zenas vel zenas: de quo timothe. iij. q̇ nomicus. i. legiſta: vel legis peritus dictus ē: ⁊ dioſpoleos eṗus fuit. ¶ Philemō ad quē apl's ſcripſit ep'lam qui ⁊ gaze eṗus fuit. ¶ Ariſtarchus alter de quo ad philemonem. ¶ Pudens de quo ſcd̄e timothe. iiij. ¶ Trophinus de quo ibidē. Hi tres in oībus ꝑſecutiōibus ap'li cōpatientes: in fine rome poſt eū decollati ſunt. ¶ Marcus euangeliſta q̇ in roma euangelium ex ore petri ſcripſit. ¶ Candacis eunuchus regine ethiopū: de quo act. viij. in arabia ⁊ eudomone predicauit: ⁊ in probari inſula: que eſt in mari rubro: ſermo habet: ꝙ ibi martyrizatus eſt. Hec btūs dorotheus exiſtens Rome: in monumentis dereliquit in lingua romana: ⁊ tranſlata ſunt in grecuʒ: vt eſſent oībus manifeſta. Veruʒ frater vincentius dicit: ꝙ ex numero. lxxij. fuerunt ſancti Sauinus: potecianus: altiminus: maximinus: ⁊ Johannes ſenior: vt ſcribit policarpus. ¶ In martylogio q̇ʒ ponitur Ariſtion: cuius feſtuʒ agitur viij. kal. martij. ¶ Rufus ⁊ zozimus: quoruʒ feſtuʒ agit̄. xv. kal. ianuarij. ¶ Priſcus: cuius feſtū agit̄ kal. ſeptembris. ¶ Joſeph qui cognominatus eſt iuſtus: q̇ cū mathia ſortitus eſt: actuuʒ primo: cuius feſtum agit̄. xiij. kal. auguſti. ¶ Naſon antiquus chriſti diſcipulus. iij. idus iulij. ¶ Silas eṗs corithi. iiij. idus iulij: qui ⁊ innuit̄ eſſe ſiluanus: ſed falſum eſt: quia ille theſſalonice hic macedonie quieſcit. ¶ Euphrates. xiiij. kal. auguſti: de quo coloſcē. iiij. ⁊ ad phile. ¶ Marcialis Lemouiceñ. ⁊ ſidonius: vel cedonius: q̇ fuit cecus natus: q̇ ſepultus eſt cū maximino. ¶ Et lazarus qui fuit eṗus maſſilie: fuit de xp̄i diſcipulis. ¶ Et ſctūs vrſinus: q̇ dicit̄ fuiſſe nathanael: quē xp̄us cōmēdat iohānis prio. qui miſſus eſt ad bituricas. ¶ Et ſctūs iulianus qui dicit̄ fuiſſe ſimon leproſus: qui ⁊ cenomanis predicauit. Sed vt ſcribit euangeliſta vbi. ś. cap. xv. plures ꝙ̄. lxxij. diſcipulos xp̄i inuenies: ſi obſerues ea que paulus ſcribit. i. Cor. xv. dn̄m apparuiſſe plus ꝙ̄ quingētis fratribus ſimilis ⁊c.

¶ De ſctis Quirico ⁊ Julita eius matre mar. Cap. ci.



Quiricus puer ⁊ iulita ei⁹ mater apud tarſum cilicie paſſi ſunt ſub alexādro imꝑatore. Fuit eīm iulita illuſtris ma-

trona de iconio ciuitate hiſaurie: q̃ perſecuto
res declinare cupiẽs in tarſuz cilicie cũ pue-
ro ſuo q̈rico: qui triũ erat ãnorum venit: vbi
detenta alexandro preſentatur filiũ geſtans
in vlnis: quẽ due famule ſue vidẽtes fugerũt
ꝛ eaz ꝓtinꝰ reliquerũt. Imperator ergo pue
rum i vlnis cepit: ꝛ matrẽ ſacrificare nolen
tem crudis neruis flagellari p̃cepit. Puer
aũt matrẽ flagellari cõſpiciẽs amare flebat.
Alexãder v̉o pueruz ſuper genua tenẽs oſcu
lis ꝛ blanditijs demulcebat. Infans autẽ ad
matrẽ reſpiciebat: ꝛ impatoris oſcula abhor
rebat: et caput cũ indignatiõe auertẽs vultũ
eius vngulis laniabat: ſeq; chriſtianum voce
qua poterat aſſerebat: tãdez diu reluctãs p̃n
cipez in ſcapulis momordit: tũc ille indigna
tus ꝛ dolore cruciatꝰ: q̈ricũ ab alto per gradꝰ
precipitauit: vt etiã tribunali tenellum cere
brũ adhereret. Julita v̉o filium ſuuz ad re-
gnuz preceſſiſſe vidẽs: deo gratias egit: que
poſtmodũ ab iperatore iuſſa eſt excoriari: ꝛ
bulliẽte pice perfundi: ac demuz capite trũ
cari. Quorũ amboruz corpora alexander mẽ
bratim cedi fecit: ꝛ membra diſpergi mãda-
uit: ne a chriſtianis ſepelirẽtur: ſed tamẽ ab
angelo ſunt collecta: ꝛ nocte a chriſtianis ſe-
pulta. Quorum exemplo .xliiij. gentiles ad
xp̃m conuerſi: ꝛ ab alexãdro detẽti poſt men
ſes .x. martyrio coronati ſunt. de quibꝰ ſup̃ di
ctum eſt pridie non. iunij. Horũ aũt martyrũ
videlicet pueri ꝛ matris corpora cũ pax eccle
ſie reddita eſſet: tẽpore cõſtantini magni ab
vna ãcilla eorũ q̃ adhuc ſupererat: reuelẽtur
ꝛ deuotiõe magna a pp̃lo reuerenť. q̃ paſſi
ſunt idibus iulij circa annos domini .cclxx.

De ſctõ iacobo ſapiẽte epõ ꝛ cõ. Cap. cij.



Iacobus cognomẽto ſapiens niſibine ciuitatꝭ que nobilis eſt vrbs pſax epiſcopꝰ vnus fuit ex nũero cõfeſſorũ ſub maximiano: q̃ in nicena ſynodo arriana peruerſitatẽ homouſion appatiõe dãnauerũt: de quo caſſiodorus .v. libro hiſtorie partite ponit: ꝙ ſapor rex perſax anthiochiã perſax: que alio noie niſibꝰ dicitur cũ innũero exercitu obſedit: quã cuz diuerſis modis obtinere per ſe non poſſent: impetum fluminis migdonij per ciuitatem decurrentis a lõge retinuerũt: ꝛ ripas excelſiores fecerunt vt aqua fluuij in ſe collecta cõcreſceret. Impletiſq; ripis ſubito quos fecerant aggeres irrumpẽtes dimiſerũt impetũ fluminis contra murum: vnde murus ciuitatis vehemens aque pondus ferre non valens diruptus eſt. Cũq; ſapor rex diem alteruz expectaret: vt alueo ſiccato ſine bello ciuitatem intraret: orãte iacobo vidit murũ de nouo conſtructũ ꝛ ꝓpugnacula fabricata: vidit etiam ſuper murũ quẽdã iperiali habitu decoratũ: quẽ primo q̈dem exiſtimauit imperatorez romanorũ: ſuoſq; exploratores affligebat: quia eiꝰ aduẽtũ ei nũciare nõ cognouerant. Duz aũt non ipm eſſe didicit: illũ ſagittare voluit: ſed ſagitta in aere fixa permanſit. Et cũ nec ſic a ciuitatꝭ obſidione diſcederet orõne ſcti epi miſit deꝰ ſcyniphes ꝛ culices innũerabiles in exercitũ pſarũ in modũ quaſi nebulax: q̃ hoies ꝛ aialia adeo infeſtarũt: ꝙ exercitum inde recederẽ compulerũt. Quieuit in pace vir dñi idibꝰ iulij tẽpore cõſtãtij auguſti. Hic ſctũs ãtiſtes a btõ hieronymo in libro de viris illuſtribꝰ idcirco omiſſus fuit: ꝙ illo tẽpore ſyre lingue i qua is ſcripſerat cõmẽtũ nõ habebat. Scripſit aũt libros plures: videlicet de fide contra oẽs hereſes. De charitate generali. De ieiunio. De orõne. De dilectiõe erga ꝓximũ ſpecialiter. De reſurrectiõe. De vita poſt mortẽ. De hũilitate. De patiẽtia. De ſatiſfactiõe. De v̇ginitate. De ſenſu aie. De circũciſione. De azimo b̃ndicẽdo. ꝓ quo i eſaia legiť. Nõ exterminabiť botrus. De xp̃o ꝙ filius dei ſit ꝛ cõſubſtãtialis patri. De caſtitate aduerſus gẽtes. De cõſtructiõe tabernaculi. De gẽtiũ cõuerſiõe. De regno perſax. De pſecutiõe chriſtianox. Hec gemnadius libro de illuſtribus.

De ſctis Catilino ꝛ ſocijs mar. Cap. ciij.

Catilinꝰ diaconꝰ: ianuariꝰ ꝛ florẽtiꝰ: iulia atq; iuſta martyres apõ carthaginẽ paſſi ſunt. Qui tẽpore pſecutõis xp̃ianox glorioſo martyrio ꝓ xp̃i nõie coronati: poſiti ſũt in baſilica fauſti i eadẽ ciuitate idibus iulij. Hec ado ponit.

De ſctõ Euſtachio epõ ꝛ mar. Cap. ciiij.

Euſtachius ep̃s ꝛ martyr antiochie ſyrie claruit. Qui eiuſdẽ ciuitatis ep̃us ob fidẽ catholicã a cõſtãtio iperatore arriano i traianopolim thratie ciuitatẽ exilio pulſus ibidẽ requieuit .vij. kal. auguſti. vt in martylogio colligitur adonis.

De ſancto Hilario martyre. Cap. cv.

Hilarius monachus ꝛ martyr ſub iuliano imperatore i ciuitate oſtia paſſus eſt. Hic de ciuitate aretij oriundus cum beato donato epiſcopo et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

martyre dudum conuerſatus eſt: ⁊ plurima vna ſecum miracula ꝑfecit: vt de eo dicet̃ in paſſiōe donati.vij.idus auguſti. Poſt hec in ciuitate oſtien̄.degens: gallicanū martyrem eodē venientē ſuſcepit: ⁊ in chriſti fide confortauit. Deniqȝ tentus a quadratiano ꝑſide in prefato oppido: cum ſacrificare nollet fuſtibus ceſus martyrium ſumpſit.xvij.kal̃.auguſti. cuius corpus ibidē tumulatū quieſcit.

¶ De ſancto leone papa quarto. Cap̃.cvi.



a paganis euerſam inueniũt. Caſu tamẽ quodam ex marmore ſepulchrum aſpiciunt: cuius ſculptura demonſtrabat: quod corpus magdalene ibidem quieſcebat quo noctu confringentes: aſſumptas reliquias ad hoſpitium deportarunt: quorum principalior in ipſa nocte per viſum a magdalena admonetur: ne timeãt: ſed ceptum opus perficiant. Cum autem ad mediam leucam a celliacẽ. cenobiũ propinquaſſent: nullatenus inde mouere reliquias potuerunt: donec abbas ⁊ monachi omnes ſancto corpori obuiã proceſſionaliter exierunt: ⁊ ipſum cum omni reuerentia ſuſceperunt: quod ibidẽ iacet miraculis coruſcans.

¶ De ſancta ſcyntyche diſcipula. Cap. cxxv.

Scyntyche diſcipula apoſtolorum fuit: de qua beatus paulus ad philippẽ. iiij. kal'. mentionem facit. Hec in vita apoſtolica cum omni religione perſeuerans philippis dormiuit: ibidem ſepulta. xi. kalendas auguſti; vt dicit ado: ⁊ ex hieronymi martylogio.

¶ De ſancto Platone martyre. Cap. cxxvi.



Plato martyr apud Ancyram ciuitatẽ galatie prouincie paſſus eſt tempore maximiani imperatoris ſub perfecto agrippino: qui paruulus ⁊ locuples a parentibus relictus omnia ſua pauperibus diſpenſauit. Quem et prefectus tenere fecit: vt ſacrificaret: quod cum renueret a. xij. viris ſibi viciſſim ſuccedẽtibus: primo quidem grauiter ceditur: ſed immobilis perſiſtens carceri mancipatur: deinde poſt dies. vij. ſuper ferreum lectum extenditur: et carbonibus ſubterſtratis oleo reſina cera ac bitumine perfuſus torretur. Cum autem predicta in eum nil preualuerũt: cunctis cernẽtibus angelica viſitatione confortatur: odoreq; nimio fragrante refouetur. Quo miraculo plures ad dominum conuertuntur. Poſt hec in equuleo appenditur: malaq; ferrea ignita eius lateribus adhibentur. Et cum hec etiam patiẽter tolera ſſet: mãdauit iudex: vt corrigie de eiꝰ corpore traherẽtur: quas ſanctus ſuſcipiens in faciem prefecti iactauit: dehinc in cuſtodiã reductus. xviij. diebus fame afficitur: ſed a domino confortatur. Nouiſſime autẽ iubente prefecto extra ciuitatem in locum: qui dicitur ſcampus: ducitur; et ibidem gladio capite truncatur: vbi ⁊ a fidelibus digna reuerentia tumulatur. xi. kalendas auguſti.

¶ De ſancto Vandegiſillo abbate, Cap. cxxvij.

Vandegiſillꝰ abbas qui ⁊ vãdoult ait ſigibertꝰ anſegiſi maiorũ domꝰ nepos ex valciſo fratre floruit tpe iuſtiniani ſecũdi. Qui cenobia fiſcanũ ⁊ fontanellã dño fundauit. Hic in veredineſe regiõe ortus nobili parẽte. ſ. valciſo pipini frãcoꝝ regis filio: ſub rege dagoberto comes palatinꝰ ab eo cõſtitutꝰ ſtrenue officiũ exercebat. Cui inuito illuſtrẽ puellã rex in vxorẽ tradidit: quã tñ ipſe ad caſtitatẽ ſuaſit: vñ ⁊ illa ſctimonialis: ipe vo deꝑra curia mõachꝰ effectꝰ ẽ. Qui cũ ſctõ viro valfrido in loco q̃ dr mõs falconis primotenꝰ habitauit. Cuꝫ aũt rex ſanctũ iꝫ ꝓpoſſe renitẽtem de monaſterio eductũ violẽter ad curiã traheret: itrãs palatiũ pauperẽ cũ vehiculo offendit: ⁊ in lutũ ꝓiecit: quẽ cũ alij ꝑtereũt vãdegiſillus de quo deſcẽdẽs pauperẽ e ceno ſubtraxit. Statimq; angelꝰ inopi viro aſtitit ⁊ veſtẽ deturpatã emẽdãs cãdidiorẽ q̃ ante fuerat reddidit. Quo miraculo ꝯſpecto rex illũ ad monaſteriũ redire ꝑmiſit. Inde ad territoriũ heliſgangiũ ꝑrexit: vbi ⁊ cenobiũ in ꝓprio fundo cõſtruxit: vbi et plurimas diaboli iñdias ꝑpeſſus: oẽs dei g[ra]tia ſupauit. Deinde iuſſu diuio ꝑmonitus veniẽs rothomagũ a ſctõ andoeno ſubdiaconꝰ: ide leuita ordinat. Ac poſtmodũ carnotũ tendens a ſctõ audomaro in preſbyterũ conſecrat. Poſt hec fontanelle monaſteriũ ꝯſtruxit: in quo cũ godone eius nepote deo ſeruire ſtuduit: verũ alimẽtis ſibi deficiẽtibꝰ a bathylde regina ꝑ viſum a deo monita plauſtris onuſtis cibarijs viſitat. Ibiq; vſq; ad annos etatis ſue xcij. labori manuũ iñſtẽs in dei ſuitio ꝑmãſit. Demũ graui egritudie ꝑſſus triduoq; in extaſi raptꝰ: ianuã ſibi celi patefactã ꝓſpexit. Sicq; deo ſpiritũ reddidit. xi. kal'. auguſti. auditaq; ẽ in eiꝰ trãſitu a q̃dã diſciplo melliſlua cãtilena. Sepultuſq; ẽ in eccl'ia ſcti pauli: vbi ⁊ ꝑ annos xl. permãſit: vbi ⁊ ſctũs auſbertꝰ epũs annis. xi. ⁊ ſctũs vlphranius annis. ix. q̃euerũt. ¶ Anno aũt dñi. ccccccclxxxij. horũ trium corpora miro odore fragrãtia ⁊ tã in mẽbris q̃ in veſtibꝰ omnino incorrupta ad eccleſiã ſcti petri tranſlata ſunt kalẽ. aprilis vbi miraculis coruſcãtia requieſcũt ⁊ digna fideliũ veneratione coluntur.

¶ De ſctõ Apollinare epõ ⁊ mar. Cap. cxxviij.



Apollinaris epũs apud rauennã paſſus tẽpore veſpaſiani imperatoris. Hic antiochenus genere beati petri apoſtoli diſcipulus cum eo ex antiochia romam venit: quẽ petrus rauenne epm deſtinauit. Et appropians ciuitati apud quẽdam

militem nomine hyreneū hoſpitatus: filiū eius
ſecū inuocato xp̄i noīe illuminauit: ip̄m cum pa
rentibus baptizauit. Quod miraculū cū tribu-
nus a milite didiciſſet Apollinarē aduocauit:
vt vxorem ſuā noīe theclā per annos plurimos
decumbentē ſanaret: quā nullus medicorū eri
gere poterat. Cuius manū apprehendens mox
illam erexit: ⁊ ipſam cum viro ⁊ filijs ac oī fami
lia: necnō pluribus ex militibus ad xp̄m cōuer
tit. Et apud eundē tribunū annis plurib⁹ man
ſit: vbi ⁊ ad ſe infirmos venientes ſanabat: ⁊ mul
tos ad xp̄i fidem adducebat ac preſbyteros et
clericos ordinabat. Poſt annos ꝟo. xij. cū pre-
dicta dux ſaturninus audiſſet: apollinarē deti-
neri fecit: ac pontificibus capitolij rauennatis
tradidit. Ductuſq; ad templū iouis vt immola-
ret: cum diceret ſacerdotibus aurū et argentū
idolis oblatū melius pauperibus dari ꝙ ante
demones appēdi. protinus fuſtibus ceditur: ⁊
ſemiuiuus relinquitur: ſed a diſcipulis colle-
ctus in domo cuiuſdā xp̄iane vidue. vi. menſib⁹
refouetur. ¶ Inde venit ad ciuitatē claſſis: vt
quendā bonifaciū nobiliſſimū mutū effectū cu
raret. Et cū domū ingrederetur puella habēs
ſpiritū immūdū clamabat: vt inde diſcederet.
Alioquin ligatis pedib⁹ eū extra oppidū trahi
faceret. Quē apollinaris increpās confeſtim
ex illa exire coegit. Et poſt hec inuocato xp̄i no
mine muto loquendi facultatē reſtituit. Sicq;
pluſq̄ quingentos gentiles cōuertit: poſt dies
modicos a paganis apprehenſus: iterūq; fuſti
bus ceſus prohibebat̃ ieſum noīare: qui iacēs
in terra ip̄m verū dei filium exclamabat. Tunc
nudis pedib⁹ ip̄m ſuper prunas ſtare fecerūt.
Deinde extra vrbem claſſis eiecerūt. Qui cum
xp̄ianis extra muros in tugurio latitabat: ⁊ ad
ſe venientibus xp̄m predicabat. Inde ad emi-
liam ꝓuinciā euangelizandā acceſſit. Interim-
q; calocer⁹ preſbyter rauēnatē eccleſiā guber-
nauit. ¶ Regreſſus igit̃ rauēnā ad domū rufi
patricij adductus eſt: vt filiā eius infirmā ſa-
naret. Sed mox vt ingreſſus eſt domū puella
defuncta eſt. Rufus aūt deflebat: deoſq; cōtra
ſe ꝓpter illius aduentū iratos dicebat: ⁊ ob id
filiā ſuā occiderant. Cū autē ſanctus oraſſet: ⁊
puella de morte reſurrexit: ⁊ nomē xp̄i cōfitēs
cum matre et magna multitudine baptiſma ſu
ſcepit: ⁊ virgo permanſit. Rufus ꝟo poſtmodū
martyriū pertulit: vt dicit̃ de eo in eius paſſio
ne. vi. kal̃. ſeptēbris. Audiēs hec ceſar ſcripſit
ad meſſalinū prefectum pretorij: vt apollinarē
aut ſacrificare faceret: aut in exiliū mitteret.
Prefect⁹ ergo ip̄m ſacrificare nolentē fuſtib⁹
cedi iuſſit: ⁊ in equuleo extenſum torqueri: de-
inde aquā feruentē in eius vulneribus iactari:
⁊ ſic graui pondere ferri vinctū in exiliū mitte
re voluit. Tunc chriſtiani aīo accēſi in paganos
irruerūt: ⁊ plus q̄ ducētos ex eis ceciderunt.
Prefectus aūt fugit: ⁊ apollinarē in carcerem
trudi fecit: deinde cathenis vinctū naui impo-
ſuit: ⁊ cum tribus eum ſequentibus clericis in
exilium deſtinauit. Ortaq; tēpeſtate: nauiq; ſo
luta: ſanctus dei cū duobus clericis: ⁊ duobus
ſolum ex militibus naufragiū euadens: ipſos
milites baptizauit: cū quibus myſiā perrexit:
⁊ nobilē quendam leproſum mundauit: ⁊ pluri
mos ad fidem perduxit. Inde ad ripā danubij
in partes thracie pertranſiuit. Cumq; eoꝝ ido-
la nulla darent reſponſa: vix ab vno eorū didice
rent: ꝙ donec apollinaris in partibus illis ma
neret: dij eoꝝ nullū eis reſpōſum dare poſſent:
quem pagani repertū exuerunt: ⁊ fuſtibus ce-
ſum nauigio rauenne remiſerūt. ¶ Poſt annos
igitur tres ad eccleſiam ſuam regreditur: et a
xp̄ianis cū ſumma leticia ſuſcipitur. Iterū aūt
poſt dies aliquot a gētilibus capit̃: ⁊ ad tēplū
apollinis adducitur: cuius ſimulachrū videns
maledixit: ⁊ cōtinuo confractū corruit. Quod
videntes pontifices ip̄m tauro iudici preſenta
runt: cum autem filiū eius ſecum illuminaſſet:
taurus credidit: ⁊ ip̄m de manibus paganorū
ereptum quattuor annis in predio ſuo manere
fecit: vbi ad ſe venientes in fide xp̄i docebat: ⁊
multa ſup̱ languentes miracula faciebat. Poſt
hec taurus a pontificibus veſpaſiano accuſat̃.
Qui reſpondit: ꝙ imperatores deos vindicare
non habent: ſed ipſi de inimicis ſuis ſe vlciſci
poſſunt: ſi ab eis ledunt̃: miſit tamē legationē
ad demoſthenē patriciū: vt apollinarē ſecundū
leges iudicaret: qui ſanctū martyrē ad ſuaſio-
nem pontificū tradidit cuidā centurioni chri-
ſtiano in carcere detinendū: cuius rogatu dum
in vicum leproſoꝝ pergeret: vt ibi propter fu-
rorē gentilium latitaret: a paganis inſecutus:
et vſq; ad mortem diutiſſime ceſus eſt: vbi per
dies. vij. ſuperuiuens: ⁊ diſcipulos admonens
ſpiritū tradidit: ⁊ iuxta muros claſſen. oppidi
ſepultus fuit. x. kalen. augu. circa annos dñi.
lxx. vbi ⁊ quieſcit miraculis redolens.

## ¶ De ſancto Apollinare epiſcopo et confeſſore. Cap̄. cxxix



Pollinaris
hieropolitanus ep̄us
tēpore marci antoni-
ni imperatoris claruit:
qui vir eximi⁹ doctri
na ⁊ ſcītate refulſit.
Librū apologeticum
pro xp̄iana religione
eidē principi cōſcri-
pſit. Extant eius ⁊ aduerſum gentes quinq; vo
lumina. De veritate duo. Item librū aduerſum
cataphrygarum hereſim montani: ſcilicet pri-
ſcille ⁊ maximille inſanorum ⁊ pſeudo prophe
tarum. In hieropolitana quoq; ciuitate diem
obijt: ibidemq; corpore quieſcit. Hec hierony-
mus libro de viris illuſtribus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De ſancta Chriſtina virgine et
martyre. Cap.cxxx.



Chriſtina
virgo in tyro ci-
uitate italie: q̄ ē
circa lacū vulſi-
num paſſa eſt ſub p̄ſide iulia-
no. Hec nobilib⁹ parentibus
orta in eodem oppido a patre
vrbano preſide in quadā turri
cū duodeciʒ ancillis collocata eſt: deos aureos
⁊ argēteos ſecū habēs. Et cū ꝓpter eius elegā
tem pulchritudinē a multis in cōiugium pete-
retur: parentes eius nulli eam concedere vole
bant: cupientes vt in deoꝝ cultura virgo diuti⁹
permaneret: ipſa autē a ſpūſancto docta deorū
ſacrificia abhorrebat: ⁊ incenſa dijs immolan-
da in feneſtra orientali deo celi incēdebat. Cui
oranti angelus apparuit: eamq̄ de chriſti fide
plenius inſtruxit. Cum auteʒ pater ab ancillis
eam chriſtianā eſſe didiciſſet: blāditijs multis
ad culturam deorum ꝓuocabat: illa ꝟo vni deo
ſe ſacrificium offerre reſpōdebat. ¶ Poſt hec
autē chriſtina idola patris confregit: ⁊ deſcen-
dens ad turris iannā aurum ⁊ argentum pau-
peribus erogauit. Rediens ꝟo pater: vt deos
ſuos adoraret: cum id quod filia fecerat: ab an
cillis audiuiſſet: iratus iuſſit eā expoliari: et a
duodecim viris ſibi viciſſim ſuccedentibus ce-
di: donec ipſi laſſi deficerent: deinde cathenis
vinctam in carcerem recluſit. Audiens hec ma-
ter ſciſſis veſtibus ad carcerē perrexit: et filie
pedib⁹ ſe proſtrauit: ⁊ obſecrans eam vt pater-
na vota perficeret. Cumq̄ nihil poſſet ſuadere
ad virum rediit: ⁊ quid ſibi illa reſpōderat in-
dicauit. Quā pater vrbanus ad tribunal ſuum
adductam ad immolandū dijs hortabat. Cūq̄
omnino contēneret iuſſit carnes eius vngulis
ferreis radi: ⁊ omnia eius membra tenera lace
rari. Chriſtina autem de carnibus ſuis accipi-
ens in vultum patris ꝓiecit: dicens: vt carnem
a ſe genitam: vt canis roderet: ⁊ ſuo ſe ſanguīe
ſatiaret. Tunc ipſam rote alligari fecit igne ſup
poſito ⁊ oleo deſuper effuſo: ſed erūpens flam
ma mille ⁊ quingentos gētilium interfecit. Pa
ter autē hec omnia magicis artibus aſcribēs:
ipſam iterum in carcereʒ mitti iuſſit: que ſtatim
āgelo viſitāte ſanata eſt ⁊ refecta. Facta quoq̄
nocte iuſſit pueris ſuis: vt molarem lapidē grā
dem ad collum eius ligarēt: ⁊ ſic in mare: id eſt
in lacum vulſinum proijcerent. Quam mox an-
geli aſſumpſerunt: ⁊ ſuper aquas eam enatare
fecerunt. Chriſtus ꝟo ad eā deſcendit: ⁊ ipſam
in eodē lacu manibus proprijs baptizauit: no-
menq̄ ſuum eidem impoſuit. Ac demum illam
michaeli archangelo commendauit: qui eā in-
columen ad littus reduxit. Quod audiens pa-
ter chriſtinam iterum detentam cuſtodie man-
cipauit: eāq̄ mane decollari mandauit. In ipſa
autē nocte vrbanus repentina morte extinctus
eſt. ¶ Huic ſucceſſit preſes iniquus noīe dion:
qui cunā ferreā ſuccenſam oleo reſina ⁊ pice li-
quatis plenā fecit parari: ⁊ chriſtinam ibidem
immiſſam a quattuor viris agitari. Que domi-
num tota mente laudabat: qui eam nuper rena
tam vt infantulā in cunabulis agitari volebat.
Et cum nil leſionis pertuliſſet: putās iudex ꝙ
maleficia in capillis eius laterent: fecit caput
eius radi: ⁊ nudā ad apollinem duci. Que ido-
lo imperauit: ⁊ confeſtim in puluerem redactū
corruit. Quod iudex audiēs expauit: et ſpiritū
mox emiſit. Quo miraculo ·ria milia hominum
ad chriſtū conuerſi ſunt. ¶ Huic ſucceſſit ⁊ ter-
tius preſes iulianus: qui fornacē ſuccēdi fecit:
et virginē ibidē includi: vbi per dies quinq̄ cū
angelis cantās ⁊ deambulās illeſa p̄manſit. Cū
autem hoc iudex magie attribueret: duos aſpi
des: duas viperas: et duos colubros ad eā per
veneficum dimitti mādauit: ſed vipere pedes
virginis lingunt: aſpides nil nocentes ab vbe-
ribus pēdent: colubri collo ſe voluētes ſudorē
ſuggūt. Cūq̄ veneficus beſtias irritare vellet:
ſerpentes ſuū impetū fecerūt: ⁊ ꝓtinus occi-
derūt: virgo autē dñi ſerpentes ſuo imperio ad
deſertum miſit: ⁊ orās mortuū ſuſcitauit: et ad
xp̄m conuertit. Tunc preſes mamillas ei⁹ pre-
cidi fecit: de quibus lac pro ſanguine fluxit.
Poſt hec linguā eius amputari iuſſit. Que lin-
guā abſciſam in faciem iuliani proiecit: ⁊ ocu-
lum eius percutiēs excecauit. Cūq̄ lingua p̄ci
ſa diſerte nihilominus loqueret. Irat⁹ iudex
duas ſagittas circa cor: ⁊ vnā in latus eius di-
mitti precepit. Sicq̄ percuſſa ſpiritū deo red-
didit. Sepulta in tyro ciuitate a chriſtianis. ix.
kalē. auguſti: circa annū dñi. cclxxvij. Corpus
aūt eius delatū venetias in monaſterio monia-
liū ſancti marci de amianis epiſcop⁹ torcelli ab
incolis loci nunc quieſcere perhibetur.

¶ De ſanctis Nicera ⁊ Aquilina
martyribus. Cap.cxxxi.

Niceta et Aquilina
ſorores martyres in lycia ciui-
tate Amon paſſe ſunt. He ſpe-
cioſe puelle de corporis ſui pro
ſtitutione viuentes: cū beatus
chriſtoforus martyr in eadem
ciuitate a rege Dagno in carcere detineretur:
iuſſu eiuſdem regis ad ipſum ſanctum marty-
rem miſſe ſunt: promiſſis eis muneribus: ſi eū
ſecum peccare facerent: ⁊ ad deorum ſacrificia
ꝓuocarent. Quas beatus chriſtoforus ad chri-
ſtum cōuertit: vt dicetur in paſſione eius nono
kalen. auguſti. Quod audiens rex puellas cō
prehendi fecit: quas ad deoꝝ ſacrificia inuita-
uit. Que dixerūt: vt iuſſu regis platee munda-
rent: ⁊ omnes populi ad templū cōgregarent.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quo facto cū ille tēplū introiſſent ſingula ſoluentes in colla deorū poſuerunt: et ad terram trahētes cōfregerūt. Quapropter rex dagnus iratus eas cathenis ſuſpēdi fecit: ⁊ dudum torqueri: ⁊ dehinc in ignē copioſum iactari. Que cū inde illeſe egreſſe fuiſſent: iuſſit rex ambas pariter in chriſti confeſſione gladio cedi: que paſſe ſunt. ix. kalen. auguſti.

¶ De ſanctis Victore ⁊ ſocijs martyribus. Cap. cxxxij.

VIctor militaris cū duob⁹ germanis: videlꝫ trichino ⁊ antiogeno apud hermicā hiſpanie ciuitatē paſſi ſunt: qui diuerſis exanimati ſupplicijs: tandem pro chriſti nominis cōfeſſione glorioſa gladio capite truncati: martyrij palmam percipere meruerūt nono kalen. auguſti. Hec ado in ſuo martylogio.

¶¶ De ſancto Jacobo maiore apoſtolo. Cap. cxxxiij.

IAcobus apoſtolus qui dicit maior ad differentiā alterius Jacobi qui dr minor: nō ꝙ hic maior illo fuiſſet etate: ſꝫ prior vocatione filius fuit zebedei ⁊ marie ſororis mrīs dn̄i: a quo ⁊ ipſa maria iacobi cognoīata eſt. Sicq; cōſobrinus extitit xp̄i: ⁊ frater iohannis euangeliſte. Qui poſt aſcenſionē dn̄i dū ꝑ iudeā ⁊ ſamariā predicaſſet: in hiſpaniā tandē iuit: vt ibi verbum dn̄i ſeminaret. Sed cū ibi quaſi nihil ꝓficere videret: eo ꝙ ſolūmodo nouē ibi diſcipulos acquiſiſſet: duos ex illis ibidē cā ꝑdicationis reliq̄t: ⁊ alios ſeptē ſecū aſſumēs in iudeā rediīt: vbi dū euāgelizaret xp̄m: magus quidā nomīe hermogenes cū phariſeis diſcipulū ſuū noīe philetē ad eū miſit: vt eū diſputando cōuinceret ꝙ ſua ꝑdicatio falſa eſſet. Sed cū apl's ecōtra eū rōnibus ſupaſſet: ⁊ multa corā eo miracula feciſſet: rediīt philetes ad hermogenē doctrinā iacobi approbās ⁊ miracula recitās: ac ſe iam eius diſcipulū effectū conteſtās. Quē hermogenes irat⁹ arte magica adeo ligauit: vt ſe moueri nō poſſet. Quod cū philetes iacobo ꝑ puerum nūciaſſet: miſit ad eū apoſtolus ſudarium ſuū: cuius cōtactu cōfeſtim ſolutus philetes: hermogenis artibus inſultauit: ⁊ ad apoſtolū ꝓperauit. Tūc hermogenes demones ad illos miſit: vt ambos vinctos ad ſe adducerent. Qui ad iacobū venientes in aere vlulabant: aduentuſq; ipſoꝝ cauſā publice cūctis audientibus ꝓpalabāt: ſeq; cathenis igneis religatos ⁊ plurimū cruciatos ab angelis deplorabāt. Quos apoſtolus mox exoluit: eiſq; mādauit vt ad hermogenem accederēt: ⁊ ip̄m in nullo ledentes ligatum ſolūmodo ſibi deferrent. Qui abeuntes manus ei a tergo ligauerūt: ⁊ vinctū ad iacobū perduxerunt. Et cōquerētes ꝙ eos cruciādos miſiſſet: apoſtolū rogabant: vt eis poteſtatē cōcederet: quaten⁹ ſuas iniurias ⁊ ipſoꝝ incēdia vindicarēt. Cūq; ille eos interrogaret: cur philetem ipſis aſſiſtentē nō tenerent: demones reſponderūt: quia nec formicā q̄ eſſet in eius cubiculo cōtingere poſſent. Jacobus aūt exēplo magiſtri bona ꝓ malis reddere cupiēs: philetē iuſſit: vt hermogenē qui ip̄m ligauerat: ſolueret: ⁊ eius libertati redderet. Cōfuſus hermogenes ſtabat ⁊ recedere nō audebat: quia iram demonū ne eum occiderēt: nimiū timere dicebat. Cui apoſtolus baculū ſuū dedit: ⁊ ille ſecurus abiīt: ac oēs libros artis magice ad iacobū cremandos apportauit. Apoſtolus ꝟo ne forte odor incēdij vexaret incautos: illos in mari demergi mādauit. Quo peracto hermogenes ad apoſtolū rediīt ⁊ veniā poſtulauit: cepit quoq; in dei timore adeo perfectus eſſe: vt etiā in nomine eius plurime virtutes fierēt. ¶ Hec vidētes iudei zelo cōmoti apoſtolū adierunt: et q̄a ieſum crucifixū predicaret increpauerūt. Qui poſtq̄ eis aduentū ⁊ paſſionē ac reſurrectionē chriſti per ſcripturas euidēter ꝓbaſſet: et plurimi credidiſſent. Abiathar pōtifex anni illius ſeditionem in populo excitauit: ⁊ ipſum teneri fecit. Tūc ioſias ſcriba funem in collo eius miſit: ⁊ cum multitudine iudeoꝝ apoſtolū ad herodem agrippā pertraxit: quē herodes iudeis complacere curans decollari mādauit. Cumq; ad martyriū duceret: quidā paralyticus in via iacens ad eū clamauit: vt ip̄m ſanaret: quē apoſtolus cōfeſtim inuocato xp̄i noīe ſanū effecit: quod videns ioſias ſcriba p̄fatus qui funem in collo eius miſerat: ad xp̄m cōuerſus eſt: ⁊ cum apoſtolo decollatus: vt infra ꝓxime dicet. Apoſtolus ergo dn̄i ad locū adduct⁹ capitis obtruncatione martyriū cōſumauit. viij. kalen. aplis: videlicꝫ in die annūciationis ⁊ paſſionis xp̄i: ⁊ viij. kalen. auguſti: corpus eius in cōpoſtellam tranſlatū eſt. Ne igit feſtū ſaluatoris et apoſtoli ſolēnitate impediret: ſtatuit eccl'ia vt feſtum paſſionis eius in die tranſlationis eius corporis tēpore videlꝫ magis cōgruo celebret. ¶ Decollato igit iacobo diſcipuli eius nocte ꝓpter iudeoꝝ timorē corpus naui impoſuerūt: ⁊ ſepulchrū ei⁹ diuine ꝓuidētie cōmittētes nauē ſine remige cōſcenderūt: ⁊ angelo duce in gallitiā in regno lupe regine applicuerūt. Corpus aūt de naui deponētes ſuꝑ manū lapidē poſuerūt: qui vt cera tenera corpori ceſſit: ⁊ in modū ſarcophagi ſe corpori mirabiliter adaptauit. Ingreſſi ergo diſcipuli ad reginā re ⁊ nomine vere lupam: eidem dixerūt: qualiter xp̄s ipſi corpus apoſtoli ſui miſerat: vt quē noluerat ſuſci-

pere viuum exciperet vel defunctum. Narran⸗
teſq; qualiter ſine remige perueniſſent: locum
ad ſepulturam congruum poſtulabant. Regi⸗
na autem eos doloſe ad regez hiſpanie deſtina
uit: vt ſuper hoc eius aſſenſum vti maioris re⸗
quirerent. Qui eos cepit: ⁊ in carcerẽ recluſit:
ſed cum diſcũberet: angelus dñi eos exoluit: ⁊
liberos abire permiſit: quod rex audiens poſt
eos milites: q̃ illos occiderent: deſtinauit. Sed
dum milites pontẽ tranſirẽt: fracto ponte oẽs
in flumine ſubmerſi ſunt: qđ rex audiens ⁊ ſibi
ac ſuis metuẽs: diſcipulos apoſtoli pacifice re
uocauit: ⁊ ab eis vna cum populo fidem xp̄i ſu
ſcepit: ⁊ quicquid petierãt libere conceſſit. Au
diens hoc lupa doluit: ⁊ redeũtibus ſanctis ac
regis conſenſum per litteras aperientibus: re⸗
ſpondit: vt boues ſuos: quos in tali monte ha⸗
bebat: plauſtro iungerẽt: ⁊ corpus magiſtri ſui
quocũq; vellẽt tumulandũ deferrent. Hoc aũt
doloſe faciebat: eo ꝙ draco ingẽs flammã euo⸗
mens boues ipos cuſtodiret: quiq; tauri eſſent
indomiti: qui nec vehiculo iungi poſſent vel ſi
iũgerẽtur: huc illucq; diſcurrerẽt: ⁊ ſic corpus
diſſiparẽt. Diſcipuli hoc dolũ ignorãtes montẽ
aſcendunt: draconẽ ingentez in eos ignem ſpi⸗
rantem ſigno crucis per mediũ ventrẽ ſcindũt:
tauros velut agnos manſuetiſſimos plauſtro
iungunt: et deſuper ſanctum corpus cũ lapide
ſuper quẽ poſitus fuerat imponũt. Boues au⸗
tem ſine alicuius regimine corpus in medium
palatij lupe detulerunt: quod illa videns credi
dit: ⁊ chriſtiana effecta omnia ab eis petita cõ⸗
ceſſit: palatium ſancto corpori in eccleſia dedi⸗
cauit: ⁊ mirifice dotauit: vbi requieſcit infini⸗
tis ⁊ maximis miraculis coruſcans.

¶ De ſancto Ioſia martyre. Cap. cxxxiiij.



Ioſias martyr fuit ille ſcriba iu
deorũ: qui fu
nẽ prim⁹ mi⸗
ſit in collo Ia
cobi ap̄li: vt ſupra proxime di
ctũ eſt. Cum autem ap̄lus ad
decollandũ duceretur: ⁊ para
lyticum in via repertum ſa⸗
naſſet: credidit ioſias et ad pedes eius proci⸗
dit: ⁊ veniam petens ſe chriſtianum fieri poſtu
lauit: quod abiathar ſacerdos videns eum te⸗
neri fecit: pugniſq; cedi iuſſit: miſſaq; de illo le
gatione ad herodem: vt cum apoſtolo decolla⸗
retur: et obtinuit. Cum autem ambo decollari
deberent: apoſtolus a ſpiculatore lagenã aque
petijt: et ibidem ioſiam baptizauit: qui cum
apoſtolo capitis ob trũcatione ſimul occubuit
viij. kalendas auguſti.

¶ De ſancto Chriſtoforo
martyre. Cap. cxxxv



Chriſtoforus martyr ge⸗
nere chananeꝰ
ante baptiſmũ
reprobus voca
tus vultu terribilis et proce
riſſime ſtature: vtpote q̃. xij.
pedes in longitudine poſſi⸗
debat: in lycia ciuitate amon
ſub rege dagno paſſus eſt.
Hic aliquando cogitauit: vt maiorem principẽ
mundi quereret: ad quem ſecum moraturus ac
cederet: venit ergo ad quendã maximũ regez:
de quo fama erat: ꝙ maiorem dominũ mundus
non habebat: in cuius curia chriſtoforus mane
bat. Cuz autẽ die quadã ioculator regi aſſiſtẽs
cantilenã diceret: in qua frequenter diabolũ
nominaret: rex qui xp̄ianus erat ſignum crucis
in faciem imprimebat. Quod chriſtoforus no⸗
tans ⁊ admirans: interrogauit cur rex hoc face
ret: et quidnam ſignũ huiuſmodi ſibi vellet. Et
cum rex in hoc dicere recuſaret: poſt multam
inſtantiam ei dixit: ꝙ illud ſignum faceret: ne
ſepe nominatum diabolũ timere poſſet. Chri⸗
ſtoforus autem ſtatim arguit: ꝙ diabolus ma⸗
ior dominus q̃ rex erat: eo ꝙ ipſe illũ timebat:
vnde ſe deceptum cognoſcebat: quia maiorem
mundi dominũ non inuenerat. Et vale faciens
regi: diabolum querẽdo properabat. Cum aũt
per ſolitudinem pergeret vidit maximam mili
tum multitudinem: inter quos quidã terribi⸗
lis et ferus ad eum venit: et quo tenderet re⸗
quiſiuit. Qui ſe ire querendo diabolum reſpon
dit: ⁊ ꝙ miles ille diabolus eſſet audiuit. Cui
ſe chriſtoforus in ſeruitium perpetuum tradi⸗
dit. Et cum ambo pergerent ⁊ in via communi
crucem erectam inueniſſent: diabolus a ſemita
fugiens in nemus declinauit: et chriſtoforum
ſecum duxit: atq; poſt laborioſum iter ad viam
rediit. Quod chriſtoforus admirans multa in⸗
ſtantia queſiuit: cur hec diabolus feceriſt. Qui
tandem cõpulſus ei dixit: ꝙ homo quidam: qui
dicitur xp̄us in tali ſigno pependerat: quẽ ipm
plurimũ formidabat et ob id ab eius ſigno di⸗
uertebat: chriſtoforus autẽ adhuc xp̄m maiorẽ
diabolo fore cõcluſit: ⁊ ſic continuo ab eius ſer
uitio diſceſſit: ⁊ chriſtũ querere feſtinauit. Sed
cum eum nullatenus inuenire poſſet: ad here⸗
mitam deuenit: qui ipſi chriſtum predicauit: et
de fide diligenter inſtruxit ac baptizauit. Cuz
autem ei ieiunium et orationem pro peccatis
ſuis imponeret: ⁊ Chriſtoforus ſe nihil horum
pficere poſſe dixiſſet: ipm tandẽ ad quẽdã flu
uiũ deſtinauit: vt ibi reſideret: ⁊ cũctos tranſ⸗
ire volẽtes: eo ꝙ fortis eſſet et magnus tranſ⸗
portaret: quod chriſto adeo gratum eſſet: vt ſe
ipi proculdubio reuelaret. Ad fluuium igitur
acceſſit: ⁊ ibidem ſibi domum conſtruxit: por⸗

tanſq; perticam in manu loco baculi ſe in aqua
ſuſtentabat⁊: ⁊ omnes ſine ceſſatione tranſpor-
tabat. Cū aūt quadā nocte quieſceret: audiuit
tertio vocē puerili ſe vocās: ⁊ vt ſe traduceret
obſecrātis. Qui ſemel ac bis egreſſus neminē
repperit: tertia ꝟo vice puerū inueniens in hu-
meris ſuis accepit: et baculo ſumpto flumen
trāſiturus intrauit. Et ecce aqua fluminis pau
latim intumeſcebat: ⁊ puer ad inſtar plūbi gra-
uiſſimi ponderabat. Quantoq; magis ꝓcede-
bat amplius vnda creſcebat: ⁊ puer magis hu-
meros chriſtofori deprimebat. Cum autem vix
tranſuadaſſet: ⁊ puerū depoſuiſſet: de pondere
conqueſtus ait: ꝙ in tantū fuerat grauat⁹ acſi
totū mundū ſuper hūeros habuiſſet. Cui puer
reſpondit ꝙ nō miraref: qꝛ nedū mundū ſuper
ſe habuerat: ſed illū qui totū mundū creauerat
ſe quoq; xpm dn̄m eſſe dicebat. In cuius ſignū
mandauit: vt baculū ſuū in terra figeret: quem
mane floruiſſe ⁊ fructificaſſe videret. Statim-
q; ab oculis eius euanuit: chriſtoforus autē ba
culū in terraʒ fixit: ⁊ die altera ipm ad modum
palme frondes et dactilos protuliſſe cōſperit.
Sicq; xpm dominum ſibi apparuiſſe cognouit.
¶ Poſt hec autē ad amon ciuitatē deuenit: vbi
dum eoꝝ linguā nō intelligeret: oratione fuſa
ipoꝝ loquelā intelligere cepit: virgā quoq; ſuā
in terrā fixit: ⁊ vt ad conuerſionem populi flo-
reret dn̄m exorauit. Quod cū factū fuiſſet decē
⁊ octo milia hominū crediderunt. Rex aūt da-
gnus ducētos milites ad eū capiēdū miſit. Et
cū ipm orantē tenere nō auderēt: iterū totidē
miſit. Cū quibus oratione premiſſa ad regē ve
nit: quē videns rex ſtatura in tantū ſublimē ter
rit⁹ ē: ⁊ pre timore corruit in terrā de ſede ſua:
ſed a miniſtris leuatus: chriſtoforū de noīe et
patria ⁊ religione requiſiuit. Qui cū ſe chriſto-
forū noīe cananeū gente ac xpianū religiōe di
ceret: ⁊ dijs ſacrificare contemnere: rex ipm in
carcere māci pauit. Duas quoq; puellas elegā-
tes germanas nicetā ⁊ aquilinam de ſui corpo
ris proſtitutiōe vincētes ad eū miſit: promittēs
eis munera ſi illū ad peccandū ſecū allicerēt: ⁊
ad immolandū dijs infleccere poſſent. Cumq; a
puellis plauſu manuū ⁊ amplexibus vrgeref: ⁊
ſanctus martyꝛ inſtanter dn̄m precaref: ſubito
de facie illius lux in menſa refulſit: que puel-
las admodū exterruit. Quapropter ille cōuer-
ſe ad xpm de cōmiſſis veniā poſtularūt: ⁊ coro
nam martyꝛū perceperūt: vt ſupra in eoꝝ paſſio
ne actū eſt. ix. kalen. auguſti. ¶ Deinde chriſto
forus regi preſentaf: ⁊ cū ſacrificare nollet: vir
gis ferreis verberaf: ⁊ poſtmodū gallea ignita
eius capiti imponif: ſed in his minime ſupera-
tur. Deinde ſuper ſcannū ferreum alligatur: et
ignis iniecta pice ſubter incenditur: ſed ad in-
ſtar cere ſcannū confringitur ⁊ ſanctus illeſus
inuenitur. Subſequēter autē rex fecit illuʒ ad
ſtipitē ligari: ⁊ a trecentis militibus ſagittari:
ſed ſagitte omnes ſuſpenſe in aere permane-
bant. Cum autē rex illuc accederet: vt ipm ex-
tinctū conſpiceret: repente vna ex ſagittis ex
aere retroceſſit ⁊ regē percutiēs vno oculo ex-
cecauit. Cui chriſtoforus dixit: vt de ſanguine
ipius in craſtinū decollandi ſumeret ⁊ oculum
liniens viſum recuperaret. Tunc iuſſu regis ad
decollandū ducitur: ⁊ ibidem fuſa oratione ca-
pite truncatur. Rex autē de ſanguīe ſuper ocu
lum ponens continuo viſum recepit. Qua pro-
pter in chriſtū credidit: ⁊ corpus ſancti marty-
ris ſepeliri mādauit. Paſſus eſt autem octauo
kalendas auguſti.

¶ De ſancto Cucufante martyre. Cap. cxxxvi.



Cucufans martyꝛ in ciuitate
barcinona ſub pre
ſide rufino paſſus
eſt. Hic ſanctus vna cuʒ felice
germano ſuo ex ſcyllitana ci-
uitate nobilibus parentibus
ortus: ceſareā mauritanā ſtu
diorum gratia commigrauit.
Indeq; ambo poſt tēpus ali-
quod diſcedentes et ad partes occidentis ſe
tranſferentes: omnia ſua pro chriſto pauperi-
bus erogarunt. Et felix quidem in ciuitate ge
runda martyꝛ effectus eſt: vt de eo in eius paſ-
ſione dicetur kalendas auguſti. ¶ Cucufans
ꝟo in ciuitate barcinonaʒ deueniens: dum chri
ſtum annunciaret a galerio proconſule tentus
eſt: ⁊ dum ſacrificare nollet: iuſſu proconſulis a
xij. militibus ſibi viciſſim ſuccedentibus gra-
uiſſime ⁊ diutius tortus eſt: ita vt inteſtina di-
rupto corpore defluerent. Cum auteʒ orationē
xpi martyꝛ fudiſſet: tortores excecantur. Pro-
conſul vna cum eius idolis terra ſe aperiente
abſorbef. Cucufans ꝟo inteſtinis in alueū diui
nit⁹ repoſitis repēte ſanaf: quē pagani cathe-
nis vinctū maximiano preſidi pn̄tarunt: qui cu
cufantē in craticula iuſſit aſſari: ſinapi et aceto
plagis perfundi. Sed cum hec oīa ſuperaſſet:
⁊ aſſatores eius erūpente flamma interiſſent:
in ignē copioſum mittitur: ſed eo orante ignis
extinguitur: de hinc in carcere clauſus lumine
celico ſuper eū emiſſo cōfortaf: cuſtodeſq; hec
aſpicientes ad xpm conuertunf. Mane aūt fa-
cto eū iubēte ꝑſide cardis ferreis ⁊ taureis ce
deref: orauit ad dn̄m: ⁊ continuo preſes vadēs
ad arā iouis de curru cōcidit: ⁊ fractis ceruici
bus expirauit. Idola quoq; ad que pergebat:
in puluerē redacta ſunt: quo miraculo multi de
populo in xpm crediderunt. Demū ſuccedente
rufino in preſidē ciuitatis: cucufans ab ipo de
nuo comprehenſus ac decollatus eſt: ſepultus
barcinone. viij. kalen. auguſti: cuius corpus in
de proceſſu temporis tranſlatū in eccleſia ſan-
cti dionyſij pariſieū. ad preſens quieſcit.

¶ De ſanctis Nemeſio ⁊ Lucilla martyribus. Cap.cxxxvij.



NEmeſius ⁊ lucilla filia eiꝰ virgo paſſi ſunt in vrbe ſub imperatoribus valeriano ⁊ galieno. Cū eñ nemeſius tribunus eſſet militū ⁊ lucillam filiā cecam a natiuitate haberet: audiēs qualiter ſanctus ſtephanꝰ papa in xp̄i nomine oēs egros curaret: acceſſit ad eū ſacrificantem in crypta nepotiana: ⁊ filiā eius ad ipſum detulit: rogās vt ſe ac filiam baptizaret: ipſamq̄ȝ lumen aſpicere faceret: quos vbi beatus ſtephanus baptizauit: lucilla virgo lumē recepit: ſeq̄ȝ virū quēdam mirabilē conſpexiſſe in baptiſmate dixit: qui eius oculos illuminauit. Eodē die viſo miraculo baptizatus eſt symphronius diſpēſatur nemeſij cū omni familia ipſius ꝑmiſcui ſexus numero.lxij. Nemeſius q̄ȝ a btō papa ſtephano diaconꝰ ordinatꝰ eſt. Quod audiētes valerianꝰ ⁊ maximus conſules iuſſerunt nemeſiū teneri. Cum aūt die quadā ꝑdicti duo cōſules in templo martis via apia ſacrificarēt: ⁊ nemeſius illac tranſiens orationē faceret: maximꝰ a demonio arripitur: ⁊ clamare cepit: q̄ȝ a nemeſio torqueret: ⁊ cū miniſtri egreſſi nemeſiū tenuiſſent maximus cōſul cōtinuo expirauit. Ualerianus autē conſul nemeſiū in carcerē trudi fecit. Lucillā ſ̄o filiā eius apud quādā paganā nomine maximā i cuſtodiā deputauit: deinde symphronium eius diſpēſatorē tenuit: tradiditq̄ȝ eum olympio tribuno examinandū. Cum autem ad predicationē symphronij olympiꝰ credidiſſet: ⁊ cū vxore exuperia ac filio theodolo a ſctō papa ſtephano baptizati fuiſſent: vt dicetur infra in eoꝝ paſſione. Audiētes hec imperatores miſerunt ad valerianū conſulē: ⁊ fecerunt ſibi nemeſium ⁊ lucillam filiā eius preſentari: et cum ambo in chriſti nominis cōfeſſione perſiſterēt. Lucillam quidē in via apia ante templū martis ſpectāte patre iugulari iuſſerūt: deinde inter viam apiam ⁊ latinam nemeſium diaconem capite truncari fecerunt. Quorum corpora ſanctus ſtephanus papa via latina nō longe ab vrbe ſepeliuit.viij.kalen.auguſti.

¶ De trāſlatione ſcti Germani. Cap.cxxxviij.

TRāſlatio corporis ſcti germani epiſcopi pariſieñ. ab icolis eiuſdē ciuitatis.viij.kal.auguſti celebraẜ: cuiꝰ reliquijs dn̄s tantā gratiā cōtulit: vt in eiꝰ trāſlatione corpis carū ꝯtactu cecis viſuȝ: ſurdis auditū: claudis greſſum ꝑberet: multoſq̄ȝ lāguoribus varijs detentos ſanos efficeret: ⁊ obſeſſos ab immūdis ſpiritibus liberaret.

¶ De ſancta Anna matre domine noſtre. Cap.cxxxix.

ANna mater glorioſe virginis marie: vt in hyſtorijs tribuuȝ iſrael habeẜ: de tribu iuda ciuitate bethleē orta eſt: vir q̄ȝ eius ioachim ex eadē tribu de galilea ciuitate nazareth originē duxit. Hec tribꝰ viris ſucceſſiue nupta fuit: quoꝝ ꝑmus fuit ioachim: ſecūdus cleophas eiuſdē ioachim frater qui eā maſculina ſobole carentē ſm legē mortuo germano in cōiugem aſſumpſit: vt ſemē fratris ſuſcitaret. Tertius aūt extitit ſalome duorum priorū omnino extraneus. Ex primo autē viro anna glorioſam virginē mariā genuit: que ioſeph deſpōſata: non tamē in cōcupiſcentia iūcta: xp̄m per ſpiritūſanctum ꝑcreauit. Ex ſcdo aliā filiaȝ mariā nomine ſimiliter peperit: que nupta alpheo quattuor filios edidit: videlȝ iacobum minorē apoſtolū: ioſeph iuſtū: ⁊ ſimonē ⁊ iudā. Ex tertio aūt viro tertiā filiam mariam etiā nominatā ꝑcreauit: que nupta zebedeo duos filios parturiuit: ſcilȝ iacobum maiorē apoſtolum: ⁊ iohannē euangeliſtā. Ipſa quoq̄ȝ beata āna ante tertij mariti obitū in pace quieuit. Et ſepulta eſt in bethleem in tumulo paterno vij.kalen.auguſti: vt tradit hieronymus.

¶ De ſctō Joachim patre dn̄e. Cap.cxl.



IOachī pater dn̄e noſtre filiꝰ barbāthere: ⁊ maritꝰ ſancte anne de tribu iuda et ꝓuincia galilee ciuitate nazareth duxit originē. Qui cū in bonis tp̄alibus abūdaret ab ānis.xv. deo ſeruire cepit: et de facultatibus ſuis paup̄ibꝰ et peregrinis atq̄ȝ templo dn̄i ⁊ eius miniſtris largiflue miniſtrabat. Et cū eſſet annoꝝ triginta duxit in coniugem annā filiā agar de tribu ſua et ciuitate bethleē: et qua vſq̄ȝ ad annos.xx. nullā prolem ſuſcepit. Diuina tandē diſpoſitione mariā genitricem chriſti futurā ex ipſa filiam procreauit: vt dicetur plene in natiuitate virginis.vi.idus ſeptēbris. Poſtq̄ȝ autē candē virginem ad templum adduxit: ⁊ dei ibidē ſeruitio iuxta votum mācipauit: ⁊ ipſe ioachim domū rediēs modico tēpore ſupuixit: ⁊ plenus virtutibus in pace cū patribus ſuis dormiuit. Sepultus in nazareth in ſepulchro patrū ſuoꝝ. Quo aūt die migrauerit reperiri nō poteſt. Ideo et eius geſta feſto anne ipſius cōiugis adiūguntur.

¶ De ſancto Paſtore preſbytero ⁊ confeſſore. Cap.cxli.



PAſtor preſbyter ĩ heremo de ſcythi claruit tempore ſanctorũ patrum anachoritarũ. Qui abſtinentia magna ſe affligens multa ſanctitate et religione pollebat. Cum autem mater ipſum abbatem ⁊ monachos ſuos videre curaret: ⁊ ad eccleſiam eũtes obſeruaſſet: paſtor cuꝫ fratribus cellam intrãtes oſtium in faciẽ eius clauſerũt. Cum aũt illa flens ad oſtium clamaret: ⁊ filiuꝫ videre obnoxius poſtularet: ipſe matri ſe videri prohibuit: hortans illaꝫ vt equanimiter ferret: quia ſi nõ in preſenti ſeculo: ſaltem ipm in futuro videret: que cõfortata diſceſſit: ⁊ ipm ãplius aſpicere non curauit. ¶ Iudex ꝓuincie cũ abbatem paſtorẽ videre cuperet: ſed nequiret: filium ſororis eius tanꝗ malefactorem carcerauit dicens: ꝙ ſi paſtor pro eo interceſſurus veniret: ipm dimitteret. Mater ergo ieiunis ⁊ ſoror abbatis ad oſtium iuit: ⁊ lachrymis: vt ꝓ eo iudicem adiret inſtãter rogauit. Cui ille mandauit dicẽs: ꝙ paſtor filios nõ generauit. Qua cum dolore diſcedẽte iudex ait: vt ſaltem verbo iuberet: ⁊ illũ dimitteret. Ille aũt remandauit vt cauſam ſm legẽ examinaret: ⁊ ſi dign⁹ eſſet morte: illũ occideret: ſin aũt quõ vellet faceret. Docebat aũt fratres dicẽs: ꝙ animã ſuã a peccato cuſtodire ⁊ ſeipm cõſiderare ⁊ diſcretionẽ habere: ſunt anime ꝑfectiones. Tribulatio ⁊ diſcretio ſunt operationes ſolitarie vite. ¶ Cũ quidam frater de quadã ꝯgregatione offendiſſet: abbas de conſilio cuiuſdã ſolitarij expulit eũ: quem flentem abbas paſtor ad ſe acceſſiuit: et ꝓ illo ſolitario miſit. Et cũ veniſſet abbas ei dixit ꝙ duo homines erant: qui ambo ſuos mortuos habebãt. Quorum vnus mortuum ſuũ reliquit: ⁊ iuit plorare mortuũ alterius. Quod ſolitarius de ſe dictum intelligẽs compunct⁹ eſt. ¶ Frater quidã abbati paſtori dixit ſe ꝯturbatum eſſe ⁊ locũ velle deſerere: quia verba q̄dam de fratre audierat q̄ eũ maxime ſcandalizabat: dixit paſtor ꝙ hec verba crederet: quia vera nõ eſſent. Ille vero verba eſſe vera affirmabat: quia frater fidelis ipſi dixerat. Et ille reſpõdit: ꝙ ſi fidelis eſſet non ipſi dixiſſet. Affirmãti vero omnino vera eſſe: propoſuit ei parabolã euangelij de trabe ⁊ feſtuca: admonẽs: vt in corde ſuo poneret: ꝙ peccata ſua trabs eſſet: ⁊ aliena feſtuca. ¶ Frater quidã qui grande peccatum commiſit penitentiã facere volens interrogauit paſtorem ſi triennis penitentia ſatis eſſet. qui dixit ꝙ multum eſt. Interrogatus ſi annus ſufficeret: reſpondit ꝙ multũ eſt. Interrogatus de quadraginta diebus: reſpondit ꝙ multum eſt. Addens ꝙ ſi homo ex toto corde peniteat: ⁊ penitẽtiam triduanã agat ſuſcipiet deus. ¶ Interrogatus de illo verbo: qui iraſcit fratri ſuo ſine cauſa ⁊c. quid eſſet ſine cauſa iraſci: reſpõdit. Ex omni re qua homo a fratre ſuo grauat: iraſci ſine cauſa: donec oculum ipſi abſtrahat. Si autẽ quis eum a deo ſeparare vellet: ꝓ hoc iraſci debet. ¶ Conqueſtus eſt ei frater quidaꝫ ꝙ multas cogitationes habens in ipſis periclitabatur: qui eum ſub diuo eduxit iubens vt ſinũ expenderet: ⁊ ventum teneret. qui reſpondit ſe non poſſe: ſic inquit ille: quia cogitationes repelli non poſſunt ne introeant: hominis autem eſt eis reſiſtere. Quieuit autem vir ſanctus in domino ſeptimo kalen. auguſti: ſanctitate ⁊ vita conſpicuus ⁊ miraculis clarus.

## ¶ De ſancto Eraſte diſcipulo. Cap. cxlij.

ERaſtes diſcipulus vnus ex. lxxij. de quo ap̄lus ad Rom. xvi. ⁊ ꝑma timoth. iiij. c. mentionẽ facit. ⁊ de quo ſcribit Actuũ. xix. ep̄s meadi fuit poſt hieroſolymoꝝ diſpſionẽ: vt abbas dorothe⁹ ponit. Ado tñ dicit in martyrologio ex datarijs hieronymi ſumpto: ꝙ a beato paulo ap̄lo philippis ep̄s relictus ibidẽ martyrio coronatus quieuit. vij. kalen. auguſti.

## ¶ De ſctõ Hiacyntho martyre. Cap. cxliij.

HIacynthus martyr rome in portu ſub conſulari leontio paſſus eſt. Quẽ chriſtianũ compertuꝫ luxurius q̄dam primus ciuitatis taracine detinuit: et cõſulari tradidit. Qui primo ab eodẽ in copioſum ignem immiſſus: dum exiſſet illeſus: in validiſſimũ deinde torrentẽ ꝓcipitatus: ad littus tñ diuino nutu icolumis eiectus eſt. Qđ dũ cõſulari leontio nũciatum eſſet: ipm gladio feriri iuſſit: quẽ matrona nomine iulia cum ſeruis ſuis iuxta ipam ciuitatẽ taracinam in predio ſuo ſepeliuit. vij. kalen. auguſti.

## ¶ De ſanctis Symphronio Olympio ⁊ socijs martyribus. Cap. cxliiij.



SYmphronius: olympius: theodolus: ⁊ exuperia martyres rome paſſi ſunt ſub valeriano et galieno imperatoribus. Symphronius eñi cum eſſet diſpẽſator domus nemeſij tribuni: de quo ſupra actuꝫ eſt in eius paſſiõe. viij. kal. auguſti. vna cum eodeꝫ domino ſuo a ſancto ſtephano papa chriſti fidẽ audiuit: ⁊ baptiſmũ ſuſcepit. Cum aũt valerianus cõſul nemeſium carceri mancipaſſet vna cũ lucilla eius filia: ⁊ ipm ſymphro-

nium ſimiliter cōprehēdit. Et tradidit olympio tribuno: qui facultates nemeſij a ſymphronio exquirebat: et ipſum ad deorum ſacrificia inuitabat. Symphronius autem reſpondit: ſe omnes facultates domini ſui eius mādato chriſtianis pauperibus erogaſſe: ⁊ nūcꝫ idolis: que demonia ſunt immolare poſſe. Quem olympius in cataſta extenſum iuſſit fuſtibus cedi: dehinc ſimulachrum martis cum tripode deferri: vt ei ſacrificaret. Sed cum ſanctus idolum maledixiſſet: liquefactum eſt ſicut lutum: quod admirans olympius ipſum terculino vicario cuſtodiendum dedit: ⁊ veniēs domum exuperie vxori vniuerſa narrauit: cuius ſuaſione olympius chriſto credidit: ⁊ veniens ad ſymphronium cū vxore predicta ⁊ filio theodolo baptiſma ſacrū expetijt: ⁊ ſymphronio veniam petens eum abire permiſit: qui ſanctum ſtephanum papam domum olympij nocte perduxit: illecꝫ olympium cum vxore ⁊ filio pariter baptizauit. Hec audientes imperatores nemeſium cum lucilla eius filia gladio perimi iuſſerunt: vt ſupra in eorum geſtis dictum eſt: deinde ſymphronium ⁊ olympium cum coniuge ⁊ nato cōprehendi fecerūt: quos in xp̄i confeſſione perſiſtentes iuſſerunt auguſti ante ſimulacrū ſolis iuxta amphitheatrum duci: ⁊ ad ſtipites ligari: ignecꝫ ſuppoſito congerie ſarmentorum ſpinarum ⁊ ſtupanium incendio concremari: ſicꝫ odoriferum domino ſacrificium reddiderūt: quorum corpora a ſancto ſtephano papa cum clericis ſuis via latina miliario ab vrbe p̄io ſepulta ſunt. vi. kal. augu.

¶ De ſancto Hermolao preſbytero ⁊ martyre. Cap. clxv.



Hermolaus preſbyter ⁊ martyr apō nicomediam paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Hic ex parentibꝰ romanis non infimis ortus ab ipſis cunabulis deo ſeruiens ad ſacerdotij dignitatem peruenit: ⁊ multos in fide xp̄i erudiuit: inter quos ſauinam nobili genere ortam ⁊ pantaleonē euſtorgij ſenatoris filium baptizauit: ⁊ ad martyrium exhortādo perduxit: vt dicetur infra in eius paſſione quinto kalen. auguſti. Hoc audiens maximianus: qui tunc in ciuitate nicomedie reſidebat: fecit hermolaum comprehendi et ſibi preſentari: quem dudū auditum cum om̄o dijs immolare contradiceret: iuſſit eum nudum appendi ⁊ flagellari: ac deinde tamdiutius vngulis radi: donec carnes eiꝰ in terram defluerent cui in tormentis angelus domini aſtitit: ⁊ eum inconſtans exiſteret confortauit. Deinde depoſitum imperator ipſum in carcerem cum verberibus recludi fecit. Ad quem noctu multi chriſtiani veniebant: ⁊ ei neceſſaria miniſtrabant: in ipſo autem ergaſtulo exiſtens ſanctus martyr multa ſigna operatus eſt diuina virtute. Nam mancis dextras reddidit: orbatis oculis lumen reſtituit: quaſſatis nautis in maris periculo inuocato nomine eiꝰ preſens apparuit: ſedatiſcꝫ fluctibus ad portū ſalutis eos illeſos conduxit: demones eiecit: febres depulit: ſurdis auditū: ⁊ claudis greſſum prebuit: omnes quocꝫ egros ad ipſum venientes ſanos effecit. Elemoſynas quocꝫ ei impenſas pauperibus diuidebat: ⁊ omnes in fide xp̄i plenius inſtruebat. Ad quem inter ceteros horridus leproſus acceſſit: ⁊ eius miſericordiā poſtulauit: quem facta oratione ab omni lepra ita mundauit: vt nec in eo macula appareret.

¶ Ante crepuſculum etiam diei nobilis quidā vir romanus cum vxore ⁊ turba copioſa ad ipſum veniens vnicum filium ſuum nuper defunctum in loculo ei adduxit: ⁊ vt ip̄m ſuſcitaret lachrymabiliter ſupplicauit. Qui ſi ipſi in chriſtū credere vellent: id ſe facturum promiſit. Et cū eis fidem domini predicaſſet: ⁊ omnes ſe credituros aſſererent: orationem fudit: ⁊ cōtinuo adoleſcēs reſurrexit: ⁊ baptizatus eſt cū parētibus: ⁊ oīs turba que eū ſecuta fuerat diuerſis ſexus numero. ccclīij. ⁊ ſic omnes cum gaudio ad propria redierunt. ¶ Que cū maximianus imperator audiſſet in preſentia principum ſuorū iuſſit ſibi ſanctū martyrē exhiberi: qui cū diutius examinatus imperatorem viua voce confunderet ipſumcꝫ vanum ⁊ mendacem comprobaret: iuſſit illum iterū in equuleo leuari: ⁊ vngulis ferreis carnes eius lacerari: ac laminas ardentes pectori et lateribus ſubminiſtrari: qui voce celica confirmatus miniſtris laſſis ac deficientibus in torquendo triduo indeficiēs in patibulo perdurauit. Tandem depoſitus capitalē ſubire ſniam iuſſus eſt. Et decollatꝰ eſt cum duobus viris xp̄ianis fratribus: videlicet hermippo ⁊ hermocrate: ⁊ ſepultus in nicomedia ciuitate. vi. kalē. auguſti. Cuiꝰ corpus venetias tranſlatum quieſcit in eadem vrbe in baſilica ſancti ſymeonis prophete: vbi et plurimis miraculis pollet.

¶ De ſancto Pantaleone martyre. Cap. clxvi.



Pantaleō martyr in ciuitate nicomedia paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Hic fuit filius Euſtorgij nobilis ſenatoris eiuſdem vrbis qui erat gentilis ⁊ matris eubole chriſtiane. quē pater cum eſſet omni elegantia decoratus defuncta matre tradidit euphroſino magiſtro vt diſceret artem medicine: ⁊ ſic imperatoribus ſemper aſſiſtere poſſet. Cū aūt

vadens ad ſcholas ſepius tranſire ante cellam
in qua hermolaus pꝛeſbyter latitabat: die qua⸗
dam conuocauit eum pꝛeſbyter ad ſe: ⁊ interro
gauit eum quis eſſet ⁊ quam ſcientiam diſceret
aut quam religionē teneret. Qui reſpondit ſe
eſſe filium ſenatoꝛis: ⁊ artez diſcere medicine:
necnon deos paternos adoꝛare. Cui hermola⸗
us diuino ſpiritu motus dixit ꝙ ſcientia hippo
cratis: vel galieni nihil eſſet: ſuadens vt in chꝛi
ſtum crederet: cuius inuocatione oēs languen⸗
tes ſanaret. Nā ⁊ ipſe xp̄s cecos illuminauit: ⁊
moꝛtuos ſuſcitauit: ⁊ innumerabilia ſigna fe⸗
cit: quoꝛum poteſtatem in ſe credentibus con⸗
ceſſit. Pantaleon ꝟo talia a matre defuncta au
diuiſſe teſtabatur. Cum autem verba pꝛeſbyte
ri percepiſſet ſepius illum viſitabat et verbum
fidei ab illo libēter audiebat. Die aūt quadā di
miſſus ab eo vidit puerum a ſerpente ꝑcuſſum
⁊ iacentem moꝛtuum: oꝛauitqꝫ ad dominum: vt
ſi vera eſſent: que de xp̄o audierat puer ſanus
reſurgeret: ⁊ ſerpēs per mediū creparet. Que
cum ſtatim adimpleta fuiſſent pātaleon ad her
molaum feſtinauit: ⁊ que facta fuerāt rettulit:
atqꝫ baptiſma ſuſcepit: ⁊ fuit apud eum dies ſe
ptem: reuerſus autem ad patrem ⁊ quotidie cū
eo de chꝛiſto loquens diuina gratia fauente: pa
trem ad fidem conuertit: omniaqꝫ idola que in
domo ſua erant comminuit: ipſumqꝫ ad hermo
laum duxit. A quo euſtoꝛgius baptiſma ſuſce⸗
pit ⁊ in fide chꝛiſti confirmatus: poſt dies mo⸗
dicos in pace quieuit. Quo defuncto ſanct⁹ iu⸗
uenis pauperibus largiter tribuebat: ⁊ omnes
infirmos quacunqꝫ detentos valitudine quos
medici ſanare non poterant: per chꝛiſti inuoca⸗
tionem ſanabat: vnde ⁊ cecum vnum qui omnē
ſubſtantiā ſuam in medicis conſumpſerat: nec
lumen recipere potuerat: inuocato chꝛiſti nomi
na confeſtim illuminauit. Quapꝛopter euntes
medici cum ſacerdotibus idoloꝛum ad impera
toꝛem pantaleonem accuſauerūt ꝙ chꝛiſtianus
eſſet: ⁊ ꝙ in chꝛiſti nomine languētes curaret:
⁊ ꝙ cecum illuminaſſet. Tūc imperatoꝛ cecum
adeſſe iuſſit: ⁊ ab eo omnem veritatem didicit:
ac confitentem chꝛiſtum decollari pꝛecepit. De
inde ſanctum aduocās interrogauit: an in chꝛi
ſti nomine languentes ſanos efficeret. Qui re
ſpondit ꝙ verum eſſet: ⁊ cum deus chꝛiſtiano⸗
rum hec omnia poſſet. Quod vt verius compꝛo
baret paralyticum petijt introduci: ⁊ ſacerdo⸗
tes: ac medicos aduocari. Quod cum factum
fuiſſet: ⁊ ſacerdotibus deos ſuos inuocantib⁹:
medicis quoqꝫ experimenta ſua operantibus
non potuit paralyticus recipere ſanitatem. Cu
ius manum pantaleon tenens ipſum in chꝛiſti
nomine eleuauit: ⁊ ille continuo ſanus ſurre⸗
xit. ¶ Cumqꝫ Maximianus ipſum ad deoꝛum
ſacrificia inuitaret: ⁊ Pantaleon chꝛiſtum do⸗
minum ſolum deum pꝛedicaret. Juſſit illum in
equuleo ſuſpendi: ⁊ vngulis attrectari: ac ad
latera eius lampades applicari. Cui chꝛiſtus
in ſimilitudine Hermolai pꝛeſbyteri apparuit
et ipſum dulciter confoꝛtauit. Et ſtatim toꝛto⸗
rum manus aruerunt: et lampades extincte
ſunt. Tunc imperatoꝛ ſartaginem fecit appoꝛ⸗
tari: et plumbum in eum conflari: martyꝛemqꝫ
ſanctum in ea demergi. Orante ꝟo illo chꝛiſtus
eidem apparuit in ſpecie Hermolai: et ſtatim
ignis extinguitur: et plumbum infrigidatur.
Jmperatoꝛ iratus iuſſit lapidem magnum ad
collum eius ligari et in pelagus iactari. Et ap
paruit illi chꝛiſtus in ſimilitudine Hermolai:
⁊ continuo lapis ille ſolutus eſt. Chꝛiſtuſqꝫ ma
num martyꝛis ſui tenens incolumen duxit ad
littus. Cui Maximianus rurſum feras mul⸗
tas dimitti iuſſit: vt chꝛiſti martyꝛem deuoꝛa⸗
rent. Que ſanctum manſuefacte circundede⸗
runt: leones quidē pedes: leopardi faciem: vr⸗
ſi manus lingebant: certatimqꝫ ad illum acce⸗
debant: nec ab eo niſi ſumpta benedictione re⸗
cedebant. Clamante autem populo magnum
deum chꝛiſtianoꝛum viri mille de populo cre⸗
diderunt. Et pꝛo chꝛiſti confeſſione decollati
ſunt. ¶ Poſt hec recluditur ſanctus in carce⸗
re trigintaquattuoꝛ diebus: et interea impera⸗
toꝛ iubet fieri rotam clauis et gladijs circun⸗
ſeptam: in qua martyꝛ ligatus membꝛatim con
cidi poſſet. ¶ Poſt dies autem trigintaquat⸗
tuoꝛ eductus de cuſtodia ligatur in rota. Et ap
parente ei chꝛiſto in ſimilitudine conſueta: et
vincula eius dirumpuntur: et diſſoluta machi⸗
na quingēti paganoꝛum occiduntur. Tunc im⸗
peratoꝛ diligenter de magiſtro Pantaleonis
inquirens inuenit pꝛeſbyterum Hermolaum:
quem cum duobus germanis detentum marty
rio conſumauit: vt ſupꝛa in eius paſſione di⸗
ctum eſt ſexto kalendas auguſti. Et continuo
terra concutitur: et omnia idola coꝛruentia con
teruntur. Jmperatoꝛ hec videns Pantaleo⸗
nem iuſſit decollari: et coꝛpus igne conſumi.
Quem milites extra vꝛbem duxerunt: et ad no
uellam oliuam ligauerunt. Et cum ipſum vnus
militum percutere vellet: ferrum ſicut cera pli⸗
catum eſt. Milites hoc videntes ad pedes
martyꝛis pꝛocidunt: et veniam petunt: pꝛo qui⸗
bus Pantaleon oꝛauit: et voce de celo lapſa ſe
exauditum audiuit: vnde et illum decetero per
cutere non audebant. Sed cum ſanctus eis di⸗
ceret: ꝙ niſi hoc facerent ſecum partem non ha
berēt: illi hoc audientes eum decollauerunt.
Et ſtatim lac pꝛo ſanguine fluxit: et oliua fru⸗
ctus intempeſtiuos pꝛoduxit: quod impera⸗
toꝛ audiens oliuam iuſſit pꝛecidi: et ex ea ſan⸗
ctum coꝛpus combuꝛi. Chꝛiſtiani ꝟo oſſa ra⸗
puerunt: et in ciuitate nicomedia ſepelierunt:
vbi miraculis fulget: qui paſſus eſt quinto ka⸗
lendus auguſti.

¶ De ſanctis Nazario ⁊ celſo mar
tyꝛibus. Cap. cxlvij.


Azarius et cel-
ſus martyꝛes tpe nero-
nis imperatoꝛis in ci-
uitate mediolañ. paſſi
ſunt ſub anolino pro-
conſule. Fuit eñi naza
rius filius illuſtris vi-
ri noĩe aphꝛicani gene
re et ꝓuincia aphꝛi in-
cole vꝛbis rome: qui fide iudeus erat: ⁊ perpe-
tue nobiliſſime romanoꝝ chꝛiſtiane et a petro
apoſtolo baptizate: cum eſſet annoꝝ.ix. mira-
batur: ꝙ eius parẽtes in religione diſſimiliter
variarent: vnde cui eorum adhereret plurimũ
dubitabat. Cum autem vterqꝫ illum ad fidem
ſuam trahere niteretur: tandem veſtigijs ma-
tris nutu dei adheſit: et a beato lino papa ba-
ptiſmũ ſuſcepit: quẽ dum pater a ſancto propo
ſito vellet auertere: narius de vꝛbe roma exijt:
et.vij. animalia diuitijs onerata ex parentum
hereditate ſuſcepit: ac per ciuitates italie trãſ
ſiens omnia pauperibus diſpenſauit. Anno aũt
x. diſperſionis ſue per placentiam venit medio
lanẽ. ⁊ ſanctos martyꝛes xpi geruaſiũ et pro-
thaſium in carcere detentos: inuenit: quos ⁊ in
dño confoꝛtauit. Quod audiens anolinus pꝛe-
fectus ad ſe illũ pertrahi fecit: ⁊ fuſtibus ce-
ſum ex vꝛbe deiecit: cui mater: que nuper obie-
rat: apparuit: ⁊ vt ad gallias pꝛedicandas pro
peraret: admonuit. ¶ Cum aũt ad vꝛbẽ gallie
que gimellus dicitur perueniſſet: ⁊ ibidem plu
rimos conuertiſſet filiũ paruulũ cuiuſdã nobi-
lis matrone celſum nomine ei oblatum a matre
baptizauit: ⁊ ipm ſecum duxit: quod pꝛefectus
galliarũ audiẽs: nazariũ ⁊ celſum cathenis vin
ctos in carcerem recluſit in craſtino tormentis
afficiẽdos: ſed ab vxoꝛe ſua redargut⁹: ne deos
vindicare pꝛeſumeret: ſed ipſi ſe de ſuis hoſti-
bus vindicarent: pꝛefectus eos abſoluit: ſed ne
amplius pꝛedicarent interdixit. ¶ Deinde ad
vꝛbẽ treueris peruenit: vbi ⁊ xpm pꝛimus pꝛe-
dicans multos cõuertit: ⁊ eccleſiã edificauit.
Quod cũ neroni ceſari per coꝛneliũ vicariũ in
timatũ eſſet: miſſo ventone milite ſuo cũ centũ
armatis: nazariũ iuxta eccleſiam oꝛantem inuẽ
tum: ⁊ vna cum puero celſo vinctũ ſibi exhiberi
pꝛecepit: quos imperatoꝛ in carcere detinuit:
donec illos ſupplicijs excogitatis perimeret.
Poſt dies aũt multos iuſſu neronis milites na
zariũ calcib⁹ tendẽtes: ⁊ puerũ verberãtes de
carcere eduxerũt: ⁊ corã ceſare ſtatuerũt. Cum
aũt faciẽ eius inſtar ſolis ſplẽdere cõſpexiſſet
putãſſe magicis artibus deluſum: ipm ad tẽ-
plũ adductũ ſacrificare cõpellebat: ſed eo oꝛã-
te idola oĩa cõfracta ſunt. Tũc nero ambos in
mare ꝓcipitari pꝛecepit. Nazarius ꝟo ⁊ celſus
nauicule iponunt: ⁊ obdoꝛmiẽtes in pelagus a
militib⁹ ꝓcipitant: ſed ſtatim a nube aſſumunt.
Tũcqꝫ exoꝛta tẽpeſtate nauis periclitaret: ecce
nazarius ⁊ celſus ſup vndas ambulãtes appa
ruerũt: quos illi vidẽtes ⁊ coꝝ q̃ in ſanctos cõ-
miſerãt penitẽtes eoꝝ auxiliũ imploꝛabãt: qui
nauez aſcendẽtes oꝛatione ſua mare placarũt:
⁊ cũ militibus ianuã appulerũt: vbi cũ diutius
ꝑdicaſſent: iterũ mediolanũ reuerſi ſunt: qđ cuz
anolinus audiſſet: nazariũ in exiliũ deſtinauit:
celſus ꝟo puer apud matronã quandã ꝑmãſit.
Nazari⁹ ꝟo romã veniẽs: patrẽ ſuũ ſenẽ xpianũ
effectum inuenit: ⁊ cuz eo diebus aliquib⁹ fuit.
Inde ad vꝛbem mediolanũ redire cum iniuria
multa compellit: vbi cum celſo puero ꝓconſuli
pꝛeſentat: cuius iuſſu extra poꝛtam romanam
in loco qui dicit tres muri: ducitur: et ibidẽ cũ
celſo puero decollat quinto kalen. auguſti: cir-
ca annũ domini.lvij. Quoꝝ coꝛpoꝛa cũ chꝛiſtia
ni in hoꝛtis ꝓpꝛijs rapta collocaſſent: in ipa no
cte cuidam ceratio chꝛiſtiano apparuerũt: ⁊ vt
eoꝛum coꝛpoꝛa in domo ſua in pꝛofunda fouea
ſepeliret pꝛopter neronis furoꝛem admonue-
runt: qui cum filiam ſuam paralyticam ab eis
ſanari petijſſet: puella cõtinuo ſanata coꝛpoꝛa
martyꝛum tulit: ⁊ vt iuſſerant ſepeliuit. ¶ Pro
ceſſu ꝟo tempoꝛis eadem coꝛpoꝛa domin⁹ ſan-
cto ambꝛoſio epiſcopo reuelauit: qui celſum in
loco ſuo relinquens nazarium quaſi eadem ho-
ra ſepultum integrum ⁊ incoꝛruptum cum ſan-
guine recente cum capillis ⁊ barba reperiens:
coꝛpus ipſum miro fragrans odoꝛe ad eccleſiã
apoſtoloꝛum tranſtulit: ⁊ ibidem honoꝛifice col
locauit pꝛidie idus iunij.

## ¶ De ſctõ Victoꝛe papa ⁊ mar. Cap. cxlviij.


VIctoꝛ papa
et martyꝛ natione a-
pher ex patre felice
eleutherio romano põtifici in
epiſcopatu ſucceſſit: ſeditqꝫ
annos decem: menſes duos:
dies viginti. Hic cõſtituit ſan
ctum paſcha die dominico ce-
lebꝛari: ⁊ ad ſacerdotũ inter-
rogationẽ de termino paſcha
li celebꝛauit conſilium in alexandria paleſtine:
cui ꝯſilio ipſe papa interfuit: narciſſus patriar
cha hieroſolymoꝝ: theophilus quoqꝫ ceſaree:
⁊ hyꝛeneus lugdunẽ. epiſcopus: vbi ſtatutum
eſt: vt ſemp die dominica paſcha celebꝛetur ob-
ſeruata decimaquarta luna mẽſis aplis vſqꝫ ad
xxi. Multi eñi epiſcopi aſie ⁊ oꝛientis tũc cum
iudeis paſcha celebꝛabant. Hic etiã conſtituit
vt neceſſitate vrgente quicunqꝫ hominũ ſiue in
flumine: ſiue in fontibus: ſiue in mari tantum
chꝛiſtiane ꝓfeſſione credulitatis clarificata ba
ptizaretur. Hic fecit oꝛdinationes duas ꝑ men
ſem decembꝛium: pꝛeſbyteros quattuoꝛ: diaco
nes ſeptez: epiſcopos per diuerſa loca numero
duodecim: q̃ ⁊ ſub cõmodo impatoꝛe martyꝛio

coronatus eſt: ⁊ ſepultus eſt iuxta corpus beati petri apl'i in vaticano. v. kal'. augu. Et ceſſauit epatus dies. xij. Hic ſup p̄fata q̄ſtione paſche die dn̄ico celebrandi ⁊ nō luna. xiiij. more iudaico opuſculum perutile ſcripſit.

¶ De ſancto Innocētio papa ⁊ mar. Ca. cxlix.

Innocētius papa ⁊ martyꝛ huius nois prim⁹ natione albaneñ. ex patre innocētio anaſtaſio pꝛimo romano pontifici in epatu ſucceſſit: et ſedit annos. xv. menſes. ij. dies. xx. Hic cōſtituit ſabbato ſancto ieiuniū celebꝛari: qꝛ dn̄s in ſepulchꝛo iacuit ⁊ diſcipuli ieiunauerunt. Conſtitutū fecit: ⁊ de regulis monachoꝝ in monaſterio: ⁊ de iudeis: ⁊ de paganis: ⁊ multos cataphꝛygas inuenit quos exilio relegauit ⁊ celeſtinuꝫ ⁊ pelagium ⁊ iulianū hereticos dānauit. Et conſtituit vt quicunq̄ natus fuerit etiam de xp̄iana per baptiſmū denuo renaſcatur: quod pelagius damnauit. Qui etiam pelagius aſſerebat hominē ſine gratia dei poſſe ſaluari: et vnūquēq̄ ſuis meritis propꝛia voluntate ad iuſticiam regi. Infantes chꝛiſtianoꝛum ſine peccato oꝛiginali naſci. Quos omnes errores innocentius papa exiſtens bꝛitannie damnauit. Hic etiam decreuit ad miſſam oſculū pacis dari. Et oleo ep̄is conſecrato vſus infirmorum oīum xp̄ianoꝛū in extremis laboꝛantiū vti. Hic etiā excōicauit. Archadiuꝫ imperatoꝛē: qꝛ cōſenſit vt iohānes chꝛyſoſtomus de ſede ſua conſtantinopolitana eijceret ab eudoxia vxoꝛe ſua propter pꝛedicationē quā fecerat cōtra eaꝫ q̄ circa ſtatuam ſuam quā erexerat mulieres ⁊ puellas ludere cōpellebat: quod eſſe vitiū idolatrie chꝛyſoſtomus pꝛedicabat: vt dictū eſt ſupꝛa in legenda iohannis chꝛyſoſtomi. vi. kal'. februarij. Hic fecit oꝛdinationes. iiij. in vꝛbe per menſem decēbꝛiū: pꝛeſbyteros. xxx. diacones. xiiij. ep̄os per diuerſa loca numero. liij. Qui ⁊ martyꝛio coꝛonat̄ t̄pe archadij principis: ⁊ ſepult⁹ eſt in cimiterio aduerſum pileatū. v. kal'. augu. Et ceſſauit epatus dies. xxij. ¶ Hic etiā oꝛientalium et occidentalium eccleſiarum aduerſus pelagianos ſcripſit decretum: quod ſucceſſoꝛ eius zozimus ampliauit.

¶ De ſancto Sampſone ep̄o. Cap̄. cl.



Sampſon archiep̄us doleñ. t̄pe iuſtini iunioꝝ claruit. Qui de moꝛlana ciuitate parētib⁹ nobilib⁹ oꝛtus eſt. Cui⁹ mater anna cū ſterilis eſſet: ⁊ de fetu iam deſperaſſet: audiuit a dn̄o per viſionē nocte q̄dā ſe filiū paritur
ā q̄ ſampſon vocari deberet: ⁊ ep̄us futurus eſſet. Natus aūt puer ⁊ ſampſon vocat⁹ annoꝝ q̄nq̄ ſcholis traditus eſt: factuſq̄ eſt monach⁹ ſub diſciplina eltachi egregij bꝛitannoꝝ magri qui p ſp̄m de illo p̄nūciauit: q̄ adhuc futur⁹ foret ep̄s mirabilis in inſula bꝛitannoꝝ. Cū autē annoꝝ. xv. iam l'ris ab eodē magro plen⁹ eſſet imbut⁹: die q̄dā dū de q̄ſtione ſubtili dubi⁹ meditaret̄: ſolutionē ipſius diuinitus pcepit: et a dn̄o audire pmeruit quecūq̄ ſibi dubia celeſti reuelatione reſerāda. ¶ Plurimoꝝ miraculoꝛū glorïa claruit. Nā in hoꝛto fratrē a ſerpēte percuſſum exiſtentē q̄ſi moꝛtuū liberauit. Dū autē p̄mo diaconus ⁊ dehīc p̄ſbyter a ſctō dubꝛithio ep̄o oꝛdinaret̄: viſa eſt colūba niuea ſup caput ei⁹ ⁊ doꝛſuꝫ reſidere: qd̄ ſimil'r eidē accidit: dū pceſſu t̄pis ep̄s cōſecratus eſt. ¶ A duobus ei emulātibus fratribus venenū in potu ppinat̄ adeo perualidū vt de ipſo p̄mitus aīal guſtans repēte crepuerit: quod tn̄ ſanct⁹ vir ſine leſione potauit: vnde et vnus ex aduerſantib⁹ fratrib⁹ ad penitentiā pꝛouocat̄: alter v'o obſtinat⁹ permanēs a diabolo arripit̄: ⁊ tādiu diſcerpēs ſeipſum vexat̄ q̄diu ſancto oꝛante demon ab ipſo pellitur: ⁊ frater de commiſſo conterit̄. ¶ Cūq̄ pater ſampſonis dura oppꝛeſſus egritudīe decumberet: dicebat ſe nunq̄ nec moꝛiturum nec euaſurū: nec penitentiā pcepturū: niſi ſampſon filius eius ad eū veniret. Quod cū ſanctus audiſſet: q̄uis inuitus ad eū venit: ⁊ patrem coꝛpoꝛe ac mēte ſanauit: quapꝛopter ipſe cū vxoꝛe ⁊ filijs duobus oībus pro chꝛiſto erogatis monaſticā vitā elegit. Uerū cū ſampſon ad monaſterium redigeret: ⁊ ſerpentē in ſilua q̄ fratres pꝛecedēres aggreſſus fuerat: inueniſſet: circulo in terra ſignato ipſum incluſit: factoq̄ ſigno crucis repente intra circulū reptile interemit. Hic ſanctus dolenſe monaſteriū fundauit: cui⁹ abbatie anno dimidio pꝛefuit: inde ad antrum ſecretiſſimū ſecedēs ſolitariā vitā duxit: vbi deficiēte ſibi aqua fontem oꝛās de terra pduxit. ¶ Cū quidā ep̄i i catheda ſancti petri: vt moris erat: ad oꝛdinādos tres epiſcopos conueniſſent: et duos ſolūmodo habētes de tertio dubitarēt. Uiſuꝫ eſt ſampſoni p noctē: q̄ a tribus epiſcopis in eccleſia duceret̄: quos ex nomine didicit ⁊ petrum iacobū ⁊ iohannē apoſtoloꝝ: et intellexit ſe pculdubio epiſcopū conſecrandum. Statimq̄ ſancto dubꝛithyo epiſcopo angel⁹ domini reuelauit ſampſonē abbatē eſſe tertium: qui eſſet in epiſcopū pmonendus. Sicq̄ ad archiepiſcopatū diuinitus ſublimat̄ ⁊ eccleſie dolenſi pꝛeficit̄. ¶ Hic cū die cōſecrationis ſue celebꝛaret viſa eſt flāma ex eius oꝛe pꝛorūpere: viſi ⁊ ſunt angeli ei adminiſtrare. Deinde per viſionem monitus matrē pꝛopꝛiā patre defuncto viſitauit: eamq̄ in domino confoꝛtauit. Dumq̄ nauigio bꝛitāniā rediret: puatū quēdā nobilem ſe anxie pꝛeſtolātē in littoꝛe repperit:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et interrogās quid ſibi vellet audiuit: ꝙ ſibi fuerat a domino reuelatum vxorem ſuam leproſam ab ignoto ſibi peregrino curandam: quem iam pſonē eſſe nullatenus dubitabat: vnde ⁊ ſibi pro cōiugis liberatione ſupplicabat. Quam ſanctꝰ vir illico a lepra mūdauit: ⁊ virum ad perfectā vitam reduxit: ipſe ꝟo poſtmodū in ardua penitentia perſeuerauit. Nam nunc poſt biduū: nūc ꝟo poſt triduum: nunc autem poſt ſeptimanam integram cibum ſumebat. Aliquando per totā quadrageſimā ter omnino: nec vltra guſtabat. Sicq; gregem ſibi commiſſum morū exēplo docens pariter: ac ſermone: quieuit in xp̄o. v. kal. auguſti. Sepultuſq; eſt in ſuo: qđ primus erexerat: monaſterio dolenſi clarens miraculis.

¶ De ſancta martha virgine. Cap. cij.



Artha virgo hoſpita xp̄i ſyro patre eucharia matre regali ex progenie deſcēdit. Nam pater eius ſyrie ⁊ maritime ⁊ multarum orarū dux extitit. Tria autem oppida: ſcʒ magdalum ⁊ vtrūq; bethaniam et partem hieroſolyme martha cum ſorore iure materne hereditatis poſſidebat: vt ſupra de his actum eſt in hyſtoria magdalene. xi. kalen. auguſti. Miniſtrabat autem domino nobilis hoſpita: ⁊ ſororē ex ſummo zelo miniſtrare volebat. ¶ Illam ꝟo hemorroiſſam quā chriſtus a fluxu ſanauit ſanguinis Ambroſiꝰ dicit martham fuiſſe. Refert etiā Euſebius in. vij. libro eccleſiaſtice hyſtorie: ꝙ mulier hemorroiſſa poſtq̄ ſanata fuit in ſuo viridario ſtatuā ſuā fecit: ⁊ imaginem xp̄i cum veſte ⁊ fimbria ſicut eum tetigerat: ⁊ eam plurimū venerabaꝛ. Herbe ꝟo ſub ſtatua creſcentes cum fimbriā attingerent: tante virtutis fiebant: vt eorum contactu infirmi ſanarentur. Ipſam aūt xp̄i imaginē vt habetur in tripartita: iulianus apoſtata inde ſubtulit: ⁊ ſuā ibidē collocauit: que ictu fulminis confracta fuit. ¶ Poſt aſcenſionē aūt chriſti cum facta eſſet diſcipulorum pſecutio: martha cum maria magdalena ⁊ lazaro fratre ipſarum ⁊ marcilla marthe pediſequa ⁊ cū ſctō maximino: qui eas baptizauerat: ⁊ alijs pluribus ablatis velis remis ⁊ gubernaculis omnibus naui a iudeis imponunꝛ: ⁊ ſic in pelago dimittunꝛ: qui deo duce maſſiliā aplicuerūt: vt ſupra dictum eſt in hyſtoria magdalene. Qui poſtq̄ maſſiliā ad fidē xp̄i duxerūt: territoriū aqueñ. adierūt: ⁊ ibidē populum cōuerterūt. ¶ Eodē tpe erat in nemore ſuper rhodanū inter arelatum ⁊ auinionē draco quidam medius aīal: medius piſcis: groſſior boue: longior equo: habēs dentes vt enſes acutos: qui latens in flumine tranſeuntes perimebat: ⁊ naues ſubmergebat: ad quem martha a populis rogata acceſſit: ipſumq; in nemore hominē manducantē inuenit: quē cruce dn̄i producta aqua benedicta aſperſit: moxq; ipm̄ velut agnum cingulo proprio alligauit: quē populus cōtinuo lāceis ⁊ lapidibꝰ interemit: vocabaꝛ autem draco ab incolis tarachonus: vnde in huius memoria locus ipſe ab incolis tarachonus diciꝛ: qui antea nerhac: id eſt niger locus vocabaꝛ. Ibi igitur martha de licentia ſancti maximini ⁊ ſororis remanſit: et ſororū multarū cōgregato conuentu eccleſiam in honorē dei genitricis edificauit: monaſteriūq; cōſtruxit: ibiq; ieiunijs ⁊ orationibus quotidie vacabat: ⁊ mira ſe penitentia affligebat. ¶ Quadam vice cū apud auinionē inter vrbem ⁊ rhodanum pdicaret: quidā iuuenis vltra flumen conſiſtens: eiuſq; verba audire cupiēs: cū nauigio careret: natare cepit: ſed ipm̄ impetus fluminis necauit: cuius cadauer vix ſecūda die repertū: ante pedes beate marthe duciꝛ: cuius oratione continuo iuuenis ſuſcitaꝛ. ¶ Beata igitur martha in virginitate perſeuerauit: ⁊ nūq̄ viri cōtuberniū habuit. Obitum eius ante ꝑ annū ei dominus reuelauit: in quo toto anno febribus elaborauit: ante octo ꝟo dies ſui exitus angelicos choros ſororis ſue aīam ad celos deferre cōſpexit: ⁊ cōuocatis ſororibꝰ nunciauit. Cum autē finē ſuum appropinquare ſentiret: aſtantes admonuit: vt luminaribus accēſis circa ſe vſq; ad noctem mediam vigilarent. Cuſtodibus ꝟo ſomno grauatis ventꝰ vehemēs irruit ⁊ luminaria extinxit: malignorūq; ſpirituum turba affuit. Sed dum virgo oraſſet ſororē ſibi aſſiſtentem aſpexit: que facem tenens lāpades accendit: dumq; ſe ex nomine mutuo vocarent: ecce xp̄s affuit: ⁊ marthā ad celeſtia inuitauit. Cum aūt ad extrema adueniſſet: ſe foras deferri fecit: vt celum aſpiceret: ac cineri conſperſo ſe ſuperponi iuſſit: ⁊ ſignum crucis coram ſe teneri: atq; paſſionem ſm̄ lucā ſibi legi: ⁊ dum diceretur pater in manus tuas ⁊c. ipſa ſpm̄ emiſit. iiij. kalen. augu. ¶ Sequenti die dn̄ica dum laudes circa corpus eius exoluerēt: ⁊ hora tertia beatus fronto ep̄s petragorice celebraret: ⁊ poſt epiſtolā in cathedra dormitaſſet: xp̄s ei apparuit: ⁊ vt ſe ſequeretur admonuit: qui ambo ſubito tarachonū venerūt ⁊ circa corpꝰ marthe ceteris reſpondētibus exequias pegerūt: ac corpus in ſepulchro ſuis manibꝰ ſepelierūt. Cum aūt petragorice finito graduali diaconꝰ lecturus euāgeliū benedictionē petens epiſcopum excitaret: ille ſe a xp̄o aſſeruit tarachonū ductū fuiſſe: ⁊ corpꝰ ſepulture tradidiſſe: anulūq; ſuū ⁊ chirothecas: que corpꝰ locaturus dedo fuerat: ſe ibidē perhibuit dimiſiſſe. Miſſi igiꝛ nuncij: ⁊ vt epiſcopus dixerat: inuenientes anulum ⁊ vnā ex chirothecis retulerūt: aliā ꝟo ibidem in miraculi teſtimoniū dimiſerūt. ¶ Proceſſu ꝟo tpis: clodoueus rex francoꝝ grauē re

nium dolorem patiens : cum ad eius tumulum liberatus fuiſſet: eccleſiam et locum dotauit: ⁊ trium miliariorum ſpatio in gyro predia cūcta eidem conceſſit.

¶ De ſancta Marcilla pediſequa marthe. Cap. cliij.

Marcilla marthe pediſeq̄ fuit. Hec mulier illa fuiſſe perhibetur: que luce. xi. cap. Extollens vocem de turba: ventrem qui chriſtum portauit: ⁊ ybera q̄ illum lactauerunt: beatificare promeruit. Hec cum ipſa domina ſua a iudeorū finibus expulſa: ⁊ cum alijs diſcipulis: vt ſuperius actū eſt: maſſiliam deuenit: ipſam vſq₃ ad eius obitum non dimiſit: ipſiuſq₃ vitam et geſta conſcripſit: que poſt eius vite finem in ſclauoniam pergēs ⁊ ibidem xp̄i euangelium predicans poſt decimum annū a dormitatione marthe in pace quieuit: corpus eius aquis tranſlatū iuxta corpora beate marie magdalene ⁊ ſancti Maximini: ac ſancti cedonij ſepultum eſt: vt ſupra dictum eſt in geſtis maximini epi. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto ſimplicio fauſtino ⁊ beatrice martyrib⁹. Cap. cliij.



Simplici⁹ ⁊ fauſtinus: atq₃ beatrix ſub diocletiano imperatore paſſi ſunt in vrbe roma. Qui diocletianus predictos duos germanos detētos multiſq₃ ſuplicijs effectos : iuſſit pro chriſti nomine decollari: ⁊ corpora per pōtem lapideū in tyberim iactari. Qui dei nutu inuenta ſunt in loco qui vocat̄ ſextū philippi via portueñ. q̄ ſctā beatrix eoꝝ quondā germana collegit : et cū ſanctis criſpo ⁊ iohāne p̄ſbyteris in ip̄o loco ſepeliuit. Et exiude apud ſanctā lucinā morabat̄. Cū aūt lucreti⁹ imp̄atoris vicarius ambiret p̄diū quoddā ip̄ius beatricis p̄dio ſuo vicinū occaſiōe repta eā teneri fecit: ⁊ dijs immolare p̄cepit. Quā renuentē carceri mancipauit: deinde noctu a ſeruis ſuis eā p̄focari mādauit. Cui⁹ corp⁹ lucina rapiēs iuxta germanoꝝ corpora ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. iiij. kal̄. auguſti. ¶ Poſt hec lucreti⁹ prediū beatricis intrauit: vbi facto amicis ſuis cōuiuio martyrib⁹ inſultabat. Infantulus ꝟo lactēs pānis inuolut⁹ de gremio matris que ibi aderat exclamauit. Audi lucreti: occidiſti ⁊ inuaſiſti : ecce datus es in poſſeſſionē inimici. Statimq₃ lucreti⁹ tremēs a demone arripit̄: ⁊ p̄ tres horas adeo vexatus eſt: vt in ip̄ſo cōuiuio moreretur. Quod aſtantes videntes conuerſi ſunt. Paſſi ſunt autē circa annum domini. cclxxxvij.

¶ De ſancto felice papa. ij. ⁊ mar. Cap. cliiij.



Felix papa ⁊ martyr huius nominis. ij. natiōe roman⁹ ex patre anaſtaſio: liberio pape i ep̄atu romano ſucceſſit: ſeditq₃ annuꝫ vnū. Hic fuit catholicus vir: ⁊ conſtituit vt ep̄s vocat⁹ ad cōcilīū veniat. Huius predeceſſor liberius cū nollet arriane hereſi cōſentire miſſus eſt in exiliū a cōſtantio auguſto filio cōſtantini: et ibi p̄ trienniū moratus eſt. Quapropter vniuerſus clerus ⁊ populus romanus loco ei⁹ felicē ordinauerūt. Qui quidē felix concilio cōuocato corā. xlviij. ep̄is: conſtantiū imp̄atorē: arrianū hereticū: ⁊ duos p̄ſbyteros ei fauētes: ſcꝫ vrſatiū ⁊ valentē condemnauit: p̄ eo videlꝫ: q2 idē cōſtātius in hereſim arrianoꝝ p̄labens ab euſebio nicomedieñ. ep̄o fuerat rebaptizat⁹. Qui vrſatius ⁊ valens: poſt dies aliq̄t rogauerūt ꝯſtātiū: vt liberiū de exilio reuocaret: vt vna tm̄ participatiōe cōicarent. Quoꝝ ſuaſionib⁹ auguſtus inductus: ⁊ q2 felix eū dānaſſet indignat⁹: felicē de ep̄atu ſuo eiecit ⁊ liberiū eo pacto reuocauit: vt ſibi ⁊ alijs q̄s dānauerat cōicaret : liberi⁹ igit̄ in heretica prauitate ꝯſenſit exilij tedio affectus. Et ſic in tantū p̄ſecutio excreuit : vt q̄plurimi p̄ſbyteri ⁊ clerici liberio non p̄hibēte intra eccleſias necarent̄. Tenuitq₃ liberi⁹ potētialiter baſilicas apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: ⁊ cōſtantinianā annos vij. Felix ꝟo de ep̄atu eiectus habitabat in predio ſuo via portueñ. Inde ab hereticis poſt annos. vij. ad vrbē tract⁹ martyriū capitis obtruncatione p̄meruit. Et ſepult⁹ eſt in baſilica quā ip̄e cōſtruxerat via aurelia. iiij. kal̄. augu. circa annū dn̄i. ccclx. Et ceſſauit ep̄at⁹ vſq₃ ad obitū liberij. Nā dies felicis oēs ſub tp̄e liberij computātur propter occaſiones memoratas.

¶ De ſancto Felice papa. iiij. confeſ. Cap. clv.



Felix papa huius nois. iiij. natione ſamni⁹ ex patre cōſtantino. Iohanni pape primo in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos. iiij. menſes. ij. dies xiij. Hic conſtituit vt infirmi an̄ eoꝝ trāſitū oleo ſctō inungerent̄. Hic patriarchā cōſtātinopolitanū arriane hereſi maculatū excōicauit ⁊ hereſiarchā dānauit. Et poſtq̄ i oī ſctitate fidē ap̄licā feliciter gubernauit: ꝟtutib⁹ fulgēs ad xp̄m migrauit. Et ſepult⁹ iacet apō ſctm̄ petrū ap̄lm. Et ceſſauit ep̄at⁹ mēſeꝫ. i. ⁊ dies. xv.

¶ De ſancto Lupo epiſcopo. Cap. clvi.


LUpus epiſcopus trecheñ. leucorū familie primus fuit. Qui vxorem quandā noīe punimolā ſancti germani arelateñ. epi germanā in ſeculo habuit. Anno ſo.vij. coiugij ſui ambo epiſcopi cōmuni voto ad deum conuerſi monachalem vitam elegerunt: vnde et lupus ſeculo relicto ad ſanctum honoratum abbatem lerineñ. adijt ⁊ factus monachus biennio ſecum manſit. Dehinc cum ſancto germano cognato ſuo in britāniam perrexit. Poſt annū autez regrediens: vt que ſibi remanſerant pauperibus diſpenſaret: diuino nutu trechaſine ciuitatis pontifex fact⁹ eſt. Hic ciuitatē ſuā ſua oratione ab hunoꝝ exercitu oēs galliarū vrbes deuaſtante ſaluauit. Cum eñ athile flagello dei hunorū principi occurriſſet: ⁊ pro patria intercederet: ⁊ princeps ferox ciuitatē oīno delere ꝓponeret diuina virtute tam ipe ꝙ oīs exercitus cecitate percuſſi tranſierūt per ciuitatē a porta vſqꝫ ad portā neminē videntes aut ledentes. Sicqꝫ patria ſaluata eſt. ¶ Hic mulierem paralyticam ſanauit. Puellam que demonis oppreſſione muta effecta fuerat: ne duz a demonio liberauit: ſed etiā ei loquelam reſtituit. Aliaqꝫ plurima miracula perfecit. Et anno.xxv. epiſcopatus ſui ſanctitate pollens ad dominum migrauit. iiij. kalen. auguſti. Sepultus in eccleſia ſua.

¶ De ſanctis Flora ⁊ Lucilla virginibus et ſocijs martyribus. Cap. clvij.

FLora et Lucilla virgines cū ſocijs ſuis eugenio ⁊ alijs rome martyrium ſub helio vrbis prefecto paſſe ſunt. He cuz eſſent ſorores xpiane ſanctimoniales: ⁊ ex vrbe roma oriunde ab eugenio barbaroꝝ rege capte ſunt: ⁊ i aphricam ducte. Quas cuz tyrannus violare vellet: dixerunt regi: ſe deū celi habere ſue virginitatis cuſtodē: ⁊ corruptionis vltorem. Quod ille audiens timuit: eaſqꝫ reuereri cepi: atqꝫ in quodam cubiculo incluſit adhibitis ancillis ad miniſteriū earū: que ieiunijs ⁊ orationibus intendebāt. Rex vo cū ſepius ad bellū ꝓdiret: earū ſe orationib⁹ cōmendabat: ⁊ continuo de hoſtibus victoriā reportabat. Omniaqꝫ ipſi ad votum proſpere ſuccedebāt. Sicqꝫ viginti annis apud barbarū permanētes: poſt ipm tps diuinitus admonent: vt romā redeāt: ⁊ martyrium percipiant. Quod cū regi retuliſſent ipſe iam mente xpianus effect⁹ diuino ſpiritu tact⁹: virgines deſerere noluit: ſꝫ relicto regno vna ſecū romā peruenit. Ipe aūt ab helio ꝑfecto cōprehenſe cū ſacrificare nollēt capite puniunt: cum quibus ⁊ eugenius ſe chriſtianū profitēs ſimul etiā decollat. Horum exemplo antonius theodorus: dionyſius: apollonius: capanus: ploſus: corſeus: chorigenes: pacus: ſaturnus: victor: ⁊ alij nouem: quorum noīa minime reperta ſunt: ſe chriſti cultores acclamātes ab eodem prefecto gladio ceſi martyrio coronant: quoꝝ omniū paſſio agitur. iiij. kalen. auguſti.

¶ De ſanctis Abdon ⁊ Sennen martyribus. Cap. clviij.


ABdon ⁊ Sennen martyres paſſi ſūt rome ſub Decio ceſare. Cū enim idem imperator babyloniā ⁊ quaſdā perſarum ꝓuincias ſuperaſſet: quoſdā chriſtianos inuenit: quos omnes teneri fecit. Et pollochroniū quidē epiſcopum in babylonia ciuitate interfecit: vt ſupra in eius paſſione dictū eſt. xiij. kalen. martij. Cuius corpus duo ſubreguli pſarū ſcꝫ abdon ⁊ ſennen xpianiſſimi ſepelierūt. Ceteros vo chriſtianos videlꝫ parmeniū: elimam: chryſotellū preſbyteros: ⁊ lucā: ac mutium diacones in cordubam ciuitatem perſarū tractos martyrio coronauit: vt ſupra in coꝝ paſſione dictum eſt. x. kalen. maij. quorū etiā corpora predicti ſancti ſubreguli tumularūt. Quod cū decius cognouiſſet: eos teneri fecit: ⁊ vinctos cathenis: atqꝫ diuerſis afflictos penis romā ſecū adduxit. Eoſdē quoqꝫ in cōſpectu totius ſenatus preſentari mandauit preſente valeriano prefecto vt aut ſacrificarēt: ⁊ rerū ſuarū libertatem reciperent: aut ferarum morſibus interirent. Quos ſacrificare contemnentes tradidit valeriano prefecto puniendos: qui eos ad amphitheatrū adduxit ante ſimulacrū ſolis: eoſqꝫ ad ſacrificia compellebat. Contēnentes autez ⁊ in ſimulacrū expuentes: primo plūbatis diutius cedūtur: deinde in amphitheatrū introducuntur: ⁊ ad eos duo leones ⁊ quattuor vrſi dimittuntur: qui cum ſanctos non lederēt: ſed pedes eorū lingentes ipſos cuſtodirent: inectis in feras gladijs leones ⁊ vrſi occiſi ſunt. Deīde abdon ⁊ ſennē iuſſu valeriani gladio capite trūcati ſunt: ⁊ ligatis pedib⁹ tracti ante ſolis idolum dimiſſi ſunt. Sed cum eorum corpora ibidem triduo iacuiſſent: quirinus quidez ſubdiaconus ea collegit: ⁊ in domo ſua occulte ſepeliuit: vbi latuerunt vſqꝫ ad tempora conſtantini: et tunc beati martyres ſe fidelibus reuelauerunt. Sicqꝫ corpora eorum inde leuata ſunt: et in cimiterio pontiani tranſlata: paſſi ſunt autē tertio kalen. auguſti.

¶ De ſctis Maxima Donatilla ⁊ Secūda virginibus ⁊ martyribus. Cap. lix.



MAxima: donatilla: ⁊ ſecunda
ꝟgines paſſe ſunt
apud aphꝛicaꝫ in
ciuitate taburbo lucernaria
ſub perſecutione gallieni im-
peratoꝛis iudice anolino: qui
ſanctas virgines ſoꝛoꝛes ma-
ximam ⁊ donatillam compꝛe
henſas ad ciuitatem taburbi-
tanam duci iuſſit aceto ⁊ felle potatas omniꝗ
eis cibo negato. Quas dum pertractas vidiſſet
ſecūda virgo: que erat in ſuperioꝛibus domus
ſue annoꝝ. xij. omnibus cōtemptis ipa ſecuta
eſt. Sequenti ꝟo die anolinus duas germanas
ſibi aſſiſtentes ⁊ xp̄m confitētes iuſſit verberi
bus diu affligi: ⁊ calcem ſuper plagas conſper
gi atqꝫ fricari: deinde in equuleo extendi ⁊ toꝛ-
queri. Et poſt hec eiſdem ſtatuam ad ſacrificā
dum offerri: in quā dum ille conſpuiſſent: fecit
eas iudex in craticula ad carbōes ignitos ſter-
ni: ⁊ pꝛunas ſuper earū capita adijci. Poſtmo-
dum ꝟo in theatrū ad ludibꝛium poni: ⁊ ab om
nibus conculcari. Cui cum nunciatum eſſet: et
ꝙ ſcōa xp̄iana eis adhereret: oēs tres inſimul
ferro vinctas anolinus ad beſtias in arena dā-
nauit: laxatuſqꝫ eis: vꝛſus ferociſſiſſimus veſti
gia earum lingebat: quod cernens iudex eas
gladio cedi iuſſit: quarum coꝛpoꝛa xp̄iani ſepe
lierunt in vꝛbe pꝛefata. iij. kalendas auguſti.

¶ De ſancto Fantino confeſſoꝛe. Cap. clx.

FAntinus cōfeſſoꝛ no
bilis ſyꝛacuſanus de domo dema
dica fuit: cuius pater Fantius
cum vxoꝛe nobili delentino noīe
deodata: ꝙuis gentiles eſſent ele
moſynas tamē largas pauperibus tribuētes:
cum pꝛole carerent: deos paganoꝛum pꝛo ſuſci
pienda ſobole iugiter exoꝛabant. Nocte auteꝫ
quadam pater in ſomnis vidit ſe cum coniuge
coꝛam deo patre aſſiſtere ad iudiciumvocatuꝫ:
⁊ pꝛopter infidelitatem ad inferna dānari: ſed
xp̄us interueniēs ⁊ plagas deo patri obijciēs
pꝛomittit illis filium naſciturum ⁊ fantinū no
minandum: qui anno etatis ſue. xij. parentes
ad fidem cōuerteret: ⁊ a gentilitate liberaret:
⁊ ſic a ſummo iudice damnationis ſententia re
uocatur. Nato autem puero crux niue candidi-
oꝛ: et in medio rubicunda carni eius ſuper coꝛ
impꝛeſſa conſpicitur: ⁊ iuxta viſum patris puer
fantinus nominatur. Qui cum matris vberibꝰ
aleretur ſepe lectum dimittens ſuper terrā ia-
cere conſpicitur. Et cum loqui inciperet: xp̄m
quem tamen nunꝗ audiebat ſepius nomina-
bat. Die ꝟo qua. xij. annum punctaliter imple-
bat: cum iam venationibus delectaretur: cū ſo-
lo ſcutifero venatum accedens per ſiluamqꝫ ſy
racuſanā ceruos plures inſequēs: ceteris hinc
inde diſpſis: vnū inſecutꝰ eſt alijs vaſtioꝛē: in cu
ius coꝛnibꝰ cruces plurime appebant: ceruuſqꝫ
voce hūana vt ſe ſequeret admonuit. Quē ille
ſecutꝰ ad antrū heremite cuiuſdā ꝑuenit. Cui
nocte ꝓcedēte xp̄s apparuerat: ⁊ vt iuuenē fan
tinū noīe ad ſe die ſequēti ventur ū in fide doce
ret monuerat. Et cōtinuo ei ceruus diſparuit:
heremita aūt fantinū ⁊ ſcutiferū leontinū noīe
ad ſe vocās: ꝗ viderat illis narrauit: ⁊ eos in fi
de xp̄i erudiēs baptizauit. Et cū iā nox eēt: lux
de celo ſupfuſa noctē ſicut diē illuminauit. Re
uerſus aūt iuuenis parētibꝰ ꝗ ſibi ꝯtigerāt ret
tulit: eoſqꝫ in fide xp̄i quam didicerat edocuit.
Qui memoꝛes viſionis quā pꝛ de eo nōdū nato
viderat ānos. xij. cōplere ipm notauerunt: ⁊ cū
oī familia baptiſma ſuſceperunt: vnꝰ ꝟo ſolꝰ ex
eoꝝ ſuis ꝗ fidē recipe recuſauit: poſt dies tres
ſeipm in flumē necauit. Cū ergo fantini paren
tes oīa ſua paupibꝰ erogaſſent: a ꝓconſule ſyꝛa
cuſanoꝝ ꝓpter xp̄ianitatē detēti ſunt: vna cum
ſctō fantino. Et pmo qdē ipi oēs plūbatis ceſi:
deinde in cercerē miſſi ſunt: ſed nocte ab āgelo
cōfoꝛtati ad martyꝛiū animant. Qui fantinum
diruptis vinculis de cuſtodia eduxit et fantiū
ac deodatā dimiſit. Qui mane educti cū ſacrifi
care renuiſſent ābo pariter decollant. Fantinꝰ
ꝟo angelū ſequēs poꝛtā vꝛbis ſibi diuinitꝰ reſe
ratā exiuit: ⁊ veniēs meſanā filiū cuiuſdā ciuis
cecū illuminauit: ac ipm cū oī familia baptiza-
uit. Cū autē a ſtradichone capitaneo ꝗreret vt
dijs imolaret: angelico monitu nauē ſine remo
ꝯcēdit: ⁊ per pharū in mare exiuit: naueſqꝫ pa
ganoꝝ ſe iſequētes oꝛone fuſa imobiles fecit.
Ipe ꝟo fugiēs metropoli rhegyū angelo duce
applicuit: vbi aquā ſibi a matrona poꝛrectaꝫ in
vinū cōuertit. ¶ Deinde ꝑ calabꝛiā ad ciuitatē
tabꝛitanā ꝑrexit: vbi balzanio cuidaꝫ diuiti ad
ſuiendū ſe cōtulit: ꝗ eū ad eq̄rū paſcua deputa
uit. Qđ cū ſuus xp̄i fideliter ⁊ humilr faceret
tēꝑe ꝗ frumēta triturant eq̄s ꝑ areas ad tritu-
randū circūferebat: ⁊ de pcepta mercede pau-
perū neceſſitatibꝰ ſubueniebat. Cūqꝫ hoc eius
dn̄o nūciatū eſſet: illeqꝫ iratꝰ ſupueniēs vt fan
tinū puniret: ⁊ eq̄ in triturādo laboꝛarēt: viſuꝫ
eſt balzanio: ꝙ aīalia viridia paſcua caperēt: ⁊
nil laboꝛis pferrēt. Fantinū ꝗ doꝛmientē eius
dn̄s excitauit: ⁊ vt eq̄s bn̄ foueret confoꝛtauit.
Sed cū ſibi de narratꝫ heſitaret: eo ꝙ aīalia pꝛe
laboꝛe macilēta foꝛe ꝯſpiceret. Iterū inopinā
te fantino ſupueniēs: eq̄s vidit grana terētes.
Tūc iratꝰ poſt fantinū currere cepit. Illeqꝫ fu
giēs ad motabꝛū flumē deuenit. Et cū euade-
re nec ꝓcedere poſſet: oꝛone fuſa aquam virga
ꝑcuſſit: ⁊ ſtatim aq̄s ex vno pēdentibus latere
vnda fluminis ſubito ſe ſiccauit: ipſeqꝫ illeſus
trāſiuit. Statimqꝫ aq̄s ad locū ſuū reuertētibꝰ
balzaniꝰ circa flumē remāſit. Rogauit aūt fan
tinū vt ⁊ ipe tranſire poſſet. Et cū ille vt pꝛius

aquas virga percuſſiſſet. Iterum alueus exſiccatur: ⁊ balzanius ſicco pede cū ſuis tranſiuit. Undaqꝫ mox in ſuum ſtatū rediuit. Qui viſo tāto miraculo conuerſus eſt ad xp̄m ⁊ ciuitatē tabritanam ſua predicatione ad fidem reduxit. Fantinum autē annorū. xxxiij. plenus ſanctitate die dn̄ico in eccleſia: audita miſſa ſacraqꝫ cōmunione percepta in pace migrauit ad chriſtū pridie kalē. auguſti. Super quē morientē celica lux deſcendit ⁊ corpus inſepultū ⁊ incorruptum miro fragrans odore diebus. xxx. permāſit. Et deinde in ip̄a ciuitate ſepultum fuit. Ex cuius tumulo oleū deſudat: quod cunctorum debilia mēbra ſanat: ⁊ carnalia deſideria fugat.

¶ De ſctō germano ep̄o antiſiodoreñ. Ca. clxi.

GErmanus ep̄s antiſiodoreñ. nobili genere in vrbe antiſiodoro natus: ⁊ liberalibus ſtudijs eruditus tandē romam ad diſcenda iura ciuilia ꝓfectus eſt: vbi gratus oībus exiſtens ſenatu ad gallias mittit: vt ducatū burgundie obtineret. Cum ergo antiſiodoreñ. vrbem ſtrenue regeret: arborē pinum in platea habebat ad cuius ramos pro oſtentatione venationis: ferarū capita ſuſpendebat. Quē ſctūs amator ep̄s ipſius vrbis ſepius de tali vanitate redarguebat: monēs vt arborē excideret ne ex hoc xp̄ianis occaſio criminis adueniret: ille qꝫ nullatenus acquieſcebat. Die aūt quadā abſente germano: ep̄s arborē precidit ⁊ incendio cōſumpſit. Qđ german⁹ audiēs cum militibus ep̄m aggreſſus mortē ei intentauit: ſed ille patienter ferēs germanū ſibi in ep̄atu ſucceſſurū predixit. Et furenti cedens aliquādiu in auguſtuduno latuit. Reuerſus autez poſt modicum obijt: ⁊ oīs plebs germanū in ep̄m elegit. Qui ſubſtātia pauperibus erogata vxore in ſororē cōmutata ipſe per annos. xxx. mira penitentia ſe afflixit: ieiunijs ⁊ orationibus aſſidue intētus: predicationi ſollicitus: ⁊ pauperū ꝓuiſor ſtudioſus. ¶ Hoſpitatus in quodam loco: dum poſt cenā iterū pararet: admirās interrogauit: cur hoc fieret. Qui reſpōderūt: ꝙ bonis hominibus ⁊ mulierib⁹: q̄ de nocte incendūt: illa parabāt. Sanctus aūt ip̄a nocte vigilās vidit demones ad mēſam in formis diuerſorū hominū venientes: ⁊ precipiens ne abirēt: familiā excitauit: ⁊ ſi pſonas illas cognoſcerent inquiſiuit: qui cū plures ibidē vicinos ſuos ⁊ vicinas eſſe dicerēt: miſit ad domos ſingulorum: qui oēs in ſuis lectulis inuēti ſunt. Adiurati aūt illi ſe demones eſſe dixerūt: qui ſic hoībus illudebant. ¶ Cū tp̄e quodam aſſumpto lupo ep̄o trechaſino in britannias pergeret ad hereticos extirpandos: qui ibi maxime vigebant: ortā in mari tempeſtatē ſua oratione confeſtim ſedauit: et britanniam accedens hereticos mirabiliter expugnauit. ¶ Cum in quodam loco infirmus decumberet: ⁊ locus totus incendio cōflagraret: rogatus vt inde aſportatus ignē euaderet: ille ſe flammis opponi fecit: et vltra citraqꝫ oībus conſumptis ignis hoſpitium eius non tetigit. ¶ Dum ad britannias iterū rediret: vt hereticos confutaret: quidam eius diſcipulus apud cormodorū infirmatus deceſſit. Rediens inde vir ſanct⁹ ſepulchrū aperiri fecit: ip̄mqꝫ vocās ex noīe quid faceret: ⁊ an adhuc ſecū militare vellet requiſiuit. Mox ille reſidēs cūcta ſibi cōſtare ſuauia dixit: ac ſe huc nolle reuocari reſpondit: ⁊ iubente germano iterū obdormiuit. ¶ Cū in britānia predicaret: ⁊ rex ei ac ſocijs hoſpitium denegaſſet: bubulcus regis a palatio rediens germanorū cum ſocijs fame ⁊ frigore laborantem in domo ſua ſuſcepit: ⁊ vitulū quem ſolū habebat: hoſpitibus occidit. Poſt cenam x̄o ſanctus epiſcopus oſſa vituli ſeruata ſuper pellem componi fecit: ⁊ ad eius orationē vitulus ſine mora ſurrexit. Deinde regem conſtanter de impietate redarguit et regnum eius ad extraneum tranſiturū prophetico ſpiritu ꝑdixit. Dehinc cunctis ſtupentibus bubulcū diuina monitione regem conſtituit. Et extunc reges de bubulci genere prodeūtes dominant regi gentis britāniorum. ¶ Cum ſaxones cōtra britones dimicarent: ⁊ ſe paucos viderent: ſanctum illac tranſeuntem ad ſe in auxilium aduocarunt: quibus ille victoriam promittens xp̄m predicauit: ⁊ ſacro illos baptiſmate perfudit: deinde admonuit: vt die paſche oēs inermes in xp̄i nomine hoſtibus occurrerent: ⁊ cum ip̄e alleluia inciperet: omnes altis vocibus reſponderent. Quod cum factum eſſet: tantus tremor hoſtes inuaſit: vt armis proiectis diffugerent. ¶ Cum apud rauennam eſſet a regina placida ⁊ a filio valentiano imperatore honorifice ſuſceptus: ⁊ ad cenā eſt inuitatus: cui regina vas argenteum maximum cibis delicatis plenū miſit: qui cibos famulis tradidit: ⁊ vas argenti ꝓ pauperibus retinuit: ipſe x̄o ſcutellam ligneā cū pane hordeaceo regine remiſit: quod illa deuote ſuſcipiens: panem reuerenter comedit: et ſcutellam argento texens pro reliquijs ſeruauit. ¶ Inuitatus denuo ab eadē regina ad palatium cenaturus: aſello deuectus aduenit: q̄bus diſcumbentib⁹ aſinus mortuus eſt. Cunqꝫ redire volenti regina equū ſuum mire manſuetudinis obtuliſſet: ille omnino recuſauit: ⁊ pergens ad cadauer: aſello vt ſurgeret iperauit: q̄ ſtatim ſe quaſi de ſomno excutiens ſurrexit: ⁊ ſctm̄ ad hoſpitiū deportauit. ¶ Sed anteqꝫ de ip̄a vrbe diſcederet obitum ſuū imminere predixit: ⁊ poſt modicū febre corripitur: ⁊ die. vij. ad dn̄m conuocatur. Corpuſqꝫ eius regina ad gallias: vt ille poſtulauerat trāſmiſit. Quieuit autem vir ſanctus pridie kalen. augu. circa annum domini. ccccxxij.

¶ De ſancto Fabiano martyre. Cap. clxij.

FAbianus martyr apd ceſareā paſſus eſt: qui cū fere vexil-
la preſidaria recuſaret: xp̄ianus cō-
pertus: primo diebus aliquot in car
cere truſus deinde ſemel ac iterum interroga-
tus: cum in xp̄i confeſſione perduraret: mox a
iudice capitali ſentētia condēnat⁹ eſt: corpuſq̄
eius inhumatū triduo dimiſſum eſt: dehinc re-
ticulo inſutū in mare demergit̄: caput vicȝ ſe-
orſum et ſeorſum cadauer. Sed dei nutu ſciſſo
reticulo mēbra capiti reuocant̄: ⁊ ceruix ſcapu
lis cū indicijs paſſionis adiungit̄: qd̄ ab vndis
eiectū ad caternianū littus a fidelib⁹ repertū ⁊
in baſilica ibidem iuxta poſita conditum eſt.
Paſſus eſt aūt pridie kalē. auguſti. Decado.

¶ Explicit libri ſextus.

# Incipit ꝓlog⁹ libri ſeptimi.

SEptimus li-
ber preſentis catalogi
cōtinet paſſiones ⁊ ge
ſta ſanctorū illorū quo
rum feſtiuitates occur
runt infra tempus: in
quo repreſentat eccle-
ſia ꝓpagationem filio
rum: qui fuerunt eccle
ſie ipſius edificatores: qui fuerunt ſancti docto
res. Hoc aūt tp̄us eſt a kalēdis auguſti vſq̄ ad
kalēdas ſeptembris. Et hoc ſub figura ſapien
tiſſimi ſalomonis: cuius tūc libri legunt̄: cuiuſ-
q̄ vices gerūt in eccleſia dei ſancti doctores di
uina ſapiētia repleti: ex q̄bus tā in grecoꝝ oriē
tali q̄ latinoꝝ occidētali eccleſia quattuor prin
cipaliores exiſtūt ꝑ quattuor libros ſapiētie de
ſignati. ¶ Ad hui⁹ ergo tp̄is feſta pertractāda
tranſcurrēdū eſt. Verū: q2 hoc tp̄e libri ſalomo
nis ⁊ ieſu filij ſyrach ab eccleſia legunt̄: merito
legendis ſanctoꝝ huius tp̄is geſta ipſoꝝ duoꝝ
ſanctorūȝ vicȝ ſalomonis ꝓphete ⁊ ieſu ſyrach
premittent̄: quoꝝ dies obit⁹ nullo loco reperiri
certū eſt. Et q̄uis ſalomō propter crimen ido-
latrie qd̄ incurrit: ex eo ꝙ mulieres alienigēas
adamauit: vt dicit̄. iij. regū cap. xi. a quibuſdā
dānatus aſſeratur. Mihi aūt inxta alioꝝ ſentē
tiā rectius viſum eſt: ip̄m nedū dānatū dici non
audere: ſed potius ſanctificatū aſtruere. ¶ Ad
qd̄ aſſerendū me inducūt principaliter quinq̄
ratiōes. ¶ Primo q2 eccleſiaſtici. xlvij. cap. ipe
ſalomon inter viros glorioſos et ſanctos vete-
ris teſtamēti patres expſſe cōnumerat̄: eiuſq̄
laudabilia opera memorantur. Et q̄uis etiam
eiuſdē crimina explicent̄: cōſideranti tamē ſub
tilius verba ſapientis: potius apparebit ipſuȝ
ſalomonē approbatum q̄ reprobatum. Ex quo
cōijcitur: ꝙ ſapiens ieſus diuino ſpiritu ſalo-
monem ſanctificatum manifeſtius confirma-
uit. ¶ Secundo q2 non eſt arbitrandū: ꝙ deus
hominē tanto ſibi dilectū: quē tanta gratia ſub
limauit: vt ip̄m pre cūctis mortalibus ſapiētia
diuinoꝝ ⁊ humanorū diuinitus ei infuſa dota-
ret: ⁊ tanta glorie diuitiarū: pacis: ⁊ regni dila-
tionis abūdantia ditaret: ad tantā miſeriā de-
uenire permiſiſſet: vt ip̄m in obſtinatione idola
trie finire cōſenſerit: quin potius vt tradūt he
brei circa vite finē de cōmiſſis penituit. Vn̄ ꝓ-
pter hoc librū de cōtemptu mundi: qui eccleſia
ſtes dr̄: cōpoſuit. Ex cuius textu libelli etiā ſa-
tis apparet: ꝙ ip̄m cōpoſuit in vltima ſenectu-
te. ¶ Tertio q2 ipe templū ſanctiſſimū dn̄o edi
ficauit: qd̄ nec ipſe dauid pater eius edificare
ꝓmeruit. Quis eīn: qui dei ꝑfecta intueat̄ cla-
rius opera: audeat opinari glorioſum deū: qui
Dauid ꝓphetā ſanctiſſimū ob id ſolū a tēpli cō
ſtructiōe ꝓhibuit: q2 ſanguinē inimicoꝝ dei fu
derat etiā iuſte ⁊ dn̄o imperāte: voluiſſe idē tē
plū locū vicȝ diuine habitationis electū ab ho-
mine fabricari: quē preſciuiſſet eterne dānatio
ni obnoxiū: ob ei⁹ crimina deputādū? ¶ Quar
to: q2 ipſuȝ ſalomonē: vt in mr̄is apparet: dn̄s
prophetico ſpiritu repleuit. Nam ⁊ plurima de
xp̄i hūanitate predixit. Et ſi opponat̄: ꝙ ⁊ ba-
laam ariolus prophetauit. Respondet̄: ꝙ non
erat ille magnus de electo populo hebreorum:
ſed ex dānatis gētilibus oriundus. ¶ Quinto
arguit̄ fortiſſime ſanctitas ſalomonis: ex eo ꝙ
eccleſia dei: que per ſpiritūſanctū cūcta diſpo-
nere ⁊ facere credēda eſt: libros ſalomonis in-
ter ſacre pagine volumina ſuſcepit: in quibus
fundamētaliter fides noſtra conſiſtit tanq̄ ap-
probatiſſimos et catholice veritatis myſteria
continentes. Quod ſi eccleſia ſalomonē dāna-
tum putaret: ⁊ ipſius opuſcula: ⁊ ſi nō expreſſi⁹
reprobaſſet: ſaltem inter apocripha dimiſiſſet:
Ex quibus rationibus inductus opinionē ioſe
phi in hac parte ſecutus: ſalomonem ſanctū et
inter ſanctorū numerū ſalua ſemper fidei ca-
tholice veritate: ⁊ matris eccleſie diffinitione
ſcribendum eſſe decreui. Hieronymus autē et
ambroſius hoc ſatis declarant. Hieronymus
cū in. xvi. libro de extrema viſione ezechielis
facit mentionem de ſalomone dicens. Quāuis
peccaſſet: egit tamen penitentiā ſcribens pro-
uerbia vbi dicit. In nouiſſimuis egit peniten-
tiā: ⁊ reſpuit eligens diſciplinā. Item hierony
mus ſuper eccleſiaſtē. Aiunt hebrei hunc librū
eſſe ſalomonis penitentiā agentis. Ambroſius
in apologia dauid. Quid de dauid dicam: et de
ſancto ſalomone: qui quoniā vulgus exiſtima-
bat eum veniſſe pro Chriſto: ne videretur eſſe
ſupra hominē nutu diuino corruit. Vbi per am
broſium dauid non dicitur ſanctus: qui ab om-
nibus ſctūs eſſe ſcit̄: ⁊ ſalomonē ſanctū noīat:
vt nobis de penitētia eius dubietatem tollat.

¶ Incipit liber ſeptimus a kalendis
auguſti vſq̄ ad kalendas ſeptembris.